

P V I S

1 6 1 1



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ec. 34.

2

ICONES
SIVE PERIOCHAE
ANNIVERSARIORVM
Euangeliorum

LIBRI QVATVOR.

ADIECTIS TITVLIS ET TY-
pis, dilucidam quandam *ἀπόδειξιν* eo-
rundem comprehendentibus,

Ioachimi VVethmani Iaurani.

I S



90

LIPSIÆ,
CVM PRIVILEGIO.

A. Z.




LIBRARIUS
UNIVERSITATIS
SACRAE
CATHOLICAE
VINDOBONENSIS
MUSEI
HISTORICO-NATURALIS
MUSEI
SACRAE
CATHOLICAE
VINDOBONENSIS

N
E
F
un
V
liq
pti
fib
acc
bu
cli
Po
do
ra
Cu
voc



NOBILISSIMO
 ET ANTIQUISSIMA
 FAMILIA IN SILESIA ORI-
 undo, Dn. IOHANNI A ZEDLITZ in
 VVilcka, &c. pietate, virtute & literarum
 scientia celeberrimo, Domino & Me-
 cœnati suo reuerenter
 colendo.

OLI HOMINES VIR-
 tutis & religionis partici-
 pes, & ad imaginem ipsius
 Archetypi DEI conditi,
 non solum nihil, nisi ob a-
 liquem finem agunt, verum etiam, o-
 ptimum quendam actionum suarum
 sibi finem & vsum constituunt, in quo
 acquiescant, quod cæteris animanti-
 bus, rationis expertibus, capitaq; in-
 clinata ad terram habentibus, teste
 Poëta, denegatum est, quæ solummo-
 do ad præsentia, cœco quodam natu-
 ræ ductu & instinctu impelluntur:
 Cum autem illud à nemine in dubium
 vocari possit, certè hominibus, & ijs
 A 2 potis-

potissimum, religionem Christianam profitentibus, aliquis finis principalis expetendus est, per quem ipsimet in terris felices reddantur, & ad summū bonum, aditus pateat, atq; adeò in id animi neruos plurimum intendere possint.

Posthabitis autem ijs ex Ethica doctrina rationibus & fundamentis, ex sententia saniorum Philosophorum, verum finem hominis, ipsam agnitionem DEI, siue ipsum DEVM esse, affirmo, quod & conscientia attestatur, & id in sceleratè factis, dolentibus hominibus conspicuum est, ex naturali quadam luce conspicientibus, & iram DEI expauescentibus: Contrà verò in honestè factis, mentes tranquillæ animaduertuntur, quia iudicant, tales honestas actiones DEO iudici spectari & approbari, inde Medæa in hæc verba erumpit: Video meliora, probòq; deteriora sequor.

Plato equidem, qui ob id diuinus appellatur, propriorem scopum, præ reliquis

DEDICATORIA. 5

reliquis attingens illam felicitatem in hac vita, in primi illius boni, seu ideæ boni, siue in contemplatione DEI, ac diuinæ sapientiæ, perfruenda constituit, cui quo quis similior efficitur, co-feliciorem, magisq; illius, inquam, veræ beatitudinis, participem fore, summis viribus, contendit: Eandem verò in huius vitæ curriculo, hominibus degentibus, minimè, etsi summopere annitantur, contingere, perspicuè declarat, cum nemo ante obitum felix reputari debeat.

Cum itaque extra reuelatum VERBUM, ad hanc Christianam μακαριότητα, quæ in contemplatione, & vera ipsius DEI agnitione consistit, peruenire nequeamus, luculenter sacra scriptura testatur, & quamuis ipsi Philosophi altum quiddam spirent, & peculiarem quandam δειμασίαν sibi attribuant, tamen in illa felicitate, quamuis sit splendida, & in hac vita, minus perfecta, VANITAS VANITATUM, coniuncta est, teste Ecclesiaste, & di-

lucidis verbis affirmante, illud nimirum summum bonum esse, **DEVM** timere, & **EX VERBO** diuinitus manifestato, eum agnoscere, summus ergo gradus, sapientiæ humanæ, καὶ τῆ ἀνθρώπινε ἀγαθῆ est vera **DEI** agnitio: Quanquam autem, vt dixi, nemo ritè **DEVM** agnoscere & colere extra diuinum **VERBUM**, in hac fragili vita, varijs calamitatibus obnoxia, possit, & cui **FILIVS DEI** κύριος Ἰσαγγελτικός, καὶ Ἐρμηνεύς τῶν μεγάλων βιβλημάτων τῆ Θεῶ, reuelare voluerit: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, quæ assertio his verbis declaratur:

Οὔτε Θεὸν γινῶσκει δυνάμει βροτὸς, ἔτε διδάσκειν.

Ὅς τις ὁδηγητῶ μὴ θεὸν αὐτὸν ἔχει.

Certò statuere debemus, naturam hominis, ad hunc finem primarium conditam esse, vt in ea ipsius **DEI** similitudo, ad quam homo in statu innocentia, conditus est, luceat, & vt ipse in hac vita, & in tota æternitate celebretur. Ergo necesse est, homines ratione præditos, veram **DEI** agnitionem

DEDICATORIA. 7

tionem ac dilectionem appetere, ad quam nos doctrina Euangelij (quæ omnibus gazis & regnis huius mundi meritò anteferenda est) deducit.

Et ut ipse ad hanc metam peruenire, ac ut DEO grata facere possim, & *ῥομιάμα* quoddam fragrans, ex myrpolio cœlesti depromptum, ad templum & altare DEI offeram, hunc libellum imaginum conscripsi: Hic enim omnium studiorum fructus & scopus, ut ijs perceptis, vitæque profuturis ea in publicum bonum exerceamus, in quem finem à DEO summo opifice, collocata sunt, cum hominis in literis exculti opus sit (teste VIVE) per illud lumen, quasi de suo lumine, in aliorum mentibus lucem accendere. Ideoque omnibus retrò temporibus homines sapientes, reges & principes & Domini nutritij Ecclesiarum ac Scholarum extiterunt, qui humaniores artes & studia literarum coluerunt & amarunt, veluti præclara ornamenta Ecclesiæ & Reipublicæ,

A 4 magna

magna liberalitate & stipendijs decorarunt & propagauerunt, vt in vtroque, Alexandro, & Carolo magno, memoriae proditum est: Cum itaque & his nostris temporibus, plures eiusmodi principes & Heroës, studia literarum, & artes ipsas, quæ verè sunt fontes omnium in vita bonorum, ament & venerentur, quam laudem, inclyta & generosa ZEDLITORVM stirps & familia, in Silesia oriundorum, meretur, ac quorum in numerum T. N. P. vera nobilitate prædita, referri potest: Non etenim verbis exprimere possum, quanto animi affectu, studia liberalium artium, earundemque cultores, nobilis tua præstantia, prosequatur, plurimiq; docti viri testentur, ab eo tempore, quo in celeberrima Academia Lipsica, nobilissime vir versatus sis: Idcirco cum more maiorum receptum sit, vt libri & scripta, in publicum emittenda, principibus & Heroibus, virisq; nobilissimis & præcellentibus, nuncupari soleant,

DEDICATORIA. 9

leant, quò maiori in precio habeantur, & contra morsus Sycophantarum, in publicum prodeant:

*Nempè Moxiſe facile eſt, cuius ſed rite Moxiſe,
Qui queat ex multis vnus & alter erit.*

Tibi vir nobilitate generis & literis præſtantiffime, motus ſplendore & antiquiſſimæ familiæ veſtræ excellentia, hanc opellam, ex ſacris fontibus, hauſtam & deductam, dedicandam, cenſui, quam vt munus leuidenſe animi innata quadam beneuolentia ſuſcipias, & contra obtrectatorum quorundam, ſarcasmos, minus dextrè & conuenienter, de ſtudijs iudicantibus, defendere annitaris, obnixè peto. Bene & feliciter N. T. P. vnà cum nobiliſſima, & plurimarum virtutum ornatiffima Coniuge & liberis cariſſimis VALEAT. Iaurauix Sileſiorum, Anno AVXILIVM à VIVO Deo pro Veniat.

Nobil. præſt. T.

Addictiſ.

*Ioachimus V Vethmanus
IAVRANVS.*



Pfal. 119.

*Eloquium superat mel maxime Iovis
fauumq;
Mopsopium: Non est dulcior esca
mibi.*

I C O N E S
S I V E P E R I O C H Æ
A N N I V E R S A R I O R V M
E V A N G E L I O R V M

Ioachimi VVethmani
Iaurani

L I B E R P R I M V S.

Complectens doctrinarum sacra-
rum siue contextus explanatio-
nem atque ἀνακεφαλαίωσιν, perdi-
scendam literariæ iuventuti ex
Euangelij ab Aduentu vs-
que ad Pascha.

*Laude sua meritò sunt digna poëmata vatum,
Conducunt laudi quæ, pie CHRISTE, tuæ.
Talia cum fundas, VVethmanne diserte, piorum
Nemo tuum meritò non bene laudat opus.*

Nicolaus Selneccerus D.

DOMINICA I.
ADVENTVS.



ICON PRIMA

IESV CHRISTI promissi Messiae in-
gredientis in urbem Hierosolymam,
iuxta prophetiam Zachariae Prophetæ,
ibidemque præclaro Elogio, & pecu-
liari quadam acclamatione Hebrææ
plebis, excepti. Matthæ. 21.

Hand

*H*Aud regnū Christi Geticis consistit in armis:

Illo nec rigidus miles in arma ruit.

Sed geritur terris VERBI virtute potentis:

Robur in hoc vires exerit atq; suas.

Ingreditur Solymam, cælo promissa propago

Christus Rex pauper, nec metuendus Eques.

Reges aſt terris magna comitante caterua,

Imperij luſtrant ſubdita regna ſui.

Tardigradi premit hic tergum manſuetus aſelli,

Hic nullus ſplendor cernitur atq; decor.

Ac ſic ingrediens abiecto ſchemate, vatis

Zachariae, complet verba relata diu.

Expandit veſtes pubes Hebræa triumphans,

Floribus & decorat frondibus atq; viam.

Plebs Oſianna ciet: Viuat Rex miſſus in orbem

Ingeminat reboans plebs Oſianna melos.


Hinc occurramus Chriſto, ſauet æther & aura,

Per VERBUM donec conſpiciendus adeſt.

P R E C A T I O.

Ne nos apprendant tenebrae ſub veſpere mundi,

Cor verbi luſtres lampade CHRISTE tui.



D O M I N I C A I I. A D-

V E N T V S.

I c o n I I.

I E S V



I E S V C H R I S T I filij D E I , signa in So-
le & Luna, & stellis , extremum iudici-
um præcessuri , referentis , addita simi-
litudine ficus , aliarumq; arborum , il-
losq; eadem alijsque notis ad vigilanti-
am exuscitantis. Lucæ 21.

*P*redicit clades & præuia signa diei
Extremi , Christus , discutit atq; metum.
Obseruare iubens Solis Lunaq; labores
Sol obscuratur dum quoq; Luna , soror.
Plures defectus visi sunt : Chasmata plura
Aetas nostra videt , pluraq; conspiciet.
Hoc anno Phæbus frontem ferrugine fuscet :
Bis frontem texit Cynthia clara suam.

Præter-

Præterea pestem, strages, belliq; tumultus
 Prædicat, sectas, quid memoremq; famem?
 Omnes quas clades deprendit tempus idipsum
 Annus quid præsens significetq; patet.
 Ergò cum terris extant hæc præuia signa
 Anxietas hominum pectora pressa mouet.
 Ipse iubet CHRISTVS cælestia signa tueri,
 Cum propè sit veniens, nec metuenda DIES.
 Nam quando gemmas protrudit ficus, & arbor
 Quæuis, mox Aestas aurâq; verna redit.
 Talia sic fieri cum tempora nostra videbunt,
 Præforibus tunc est illa suprema dies.

P R E C A T I O.

Vt possim lucis supremae tempora mente
 Voluere nunc vigili, cor mihi Christe regas.

D O M I N I C A I I I. A D-
V E N T V S.

I C O N I I I.

I E S V CHRISTI promissi Messiaë Io-
 hanni Baptistæ in carcerem à Rege ob
 Herodiadem coniecto, per discipulos
 ablegatos renunciante, Saluatorem plu-
 ra miracula edere, pauperibus Euan-
 gelij



gelij doctrinam annunciari, & haud of-
fensum per eandem beatum, pronun-
ciantis. Matthæ. I I. cap.

*UT de Messia possit cognoscere famam,
Scrutari pariter quæq; relata forent.
Ad CHRISTVM binos socios Baptista Iohan-
Ablegat, Nati prodromus ille DEI. (nes
Carcere detentus cum Christi facta stupenda
Hic percepisset, vir pietate grauis.
In quem coniectus fuerat sine crimine falsi,
Herodem, propter coniugis atq; dolos.*

Illam

Illam concipiens iram sermone notatam
 Illicitas flammis ob vetitumq; torum.
 Sed postquam socij miracula multa Iohannis
 De Christo exquirunt, nuncia leta ferunt.
 Lumine quod cæsi videant, vestigia claudi
 Infigant, siquidem fama propinqua refert.
 Reddatur surdis auditus, lepra recedat :
 Ex tumbis redeant corpora plura suis.
 Pauperibus tandem VERBI doctrina patefcat :
 Quem non offendit dogma beatus erit.

P R E C A T I O.

Vt non offendar specie, nec dogmate VERBI
 A mundo spreto, te precor alme DEVS.



D O M I N I C A I I I I.

A D V E N T V S.

I C O N I I I I.

Iohannis Baptistæ filij Zachariæ sacer-
 dotis, legatis à proceribus & scri-
 bis Hierosolymitanis ad se missis
 testimonium & responsionem de
 Messia exhibito, proferentis, neq;
 B se Pro-



se Prophetam, sed vocem clamantis
in deserto esse affirmantis. Ioh. 1.


*Q*uid sit Zacharie Natus Baptista Iohannes,
Declarans referat plebs recutita petit.
Num sit Messias bifido promissus ab axe?
An sit Thespites, querit, ob idq₃ rogat?
Ipse sit an Vates? Rursus proceresq₃ requirunt,
Ut possint Scribis illa referre simul.
Ad fluvium DOMINI præcursor vera fatetur,
Quod neq₃ sit Christus missus ab axe poli:
Quod neq₃ Thespites, nullus sit & ipse Propheta,
Magnum nec tribuat nomen in orbe sibi.

Sed

*Sed vox clamantis, callem quæ conficit ipsum
 Exhibito CHRISTO, quo sine nulla salus.
 Flumine baptizo præcurrens: Flamine Christus
 Immerget tandem credula corda sacro.
 Cuius non dignus reputor me tangere plantas,
 Qui sum præcursor, cum prior ipse fuit.*

P R E C A T I O.

*Da sacra confitear, cœlestis dogmata VERBI
 Ut Zachariades, me rege CHRISTE precor.*

F E S T O D I E N A T I V I -
T A T I S C H R I S T I.

I C O N V.

IESV CHRISTI Regiæ & inuiolatæ
 virginis Mariæ, & DEI optimi ma-
 ximi filij, sub imperio AVGVSTI
 Cæsaris in ciuitate Bethlemia, pro
 redemptione humani generis, iuxta
 vaticinium Michææ Prophetæ, hu-
 manam naturâ in utero beatæ vir-
 ginis, virtute & obumbratione san-
 cti Spiritus, assumentis. Luc. 2.

B 2 Nasci-



*N*ascitur optato promissus tempore Christus,
 Augustus quando scepra Monarcha regit.
 Micheas veluti prædixit Numine plenus,
 Constituens regi Bethlehemamq, nouo.
 Hinc dum collatis numeratur censibus orbis,
 Præsida Iudæo, CAESAR vt ipse iubet.
 Surgit Mattiades caperata fronte Iosephus,
 Virgine cum Maria, quæ grauis vxor erat.
 Cæsaris edicto parens : Sed tempus idipsum
 Venit vt hæc sacrum nixibus edit onus.
 Sub tecto stabuli, positus præsepibus infans
 Stramen vbi carpit bos & asellus iners.

Salue

*Salve sancte puer meliori nasceris æuo,
 Quando mellifluo rore rigatur humus.
 Idcirco partus diuulgat nuncia Regis
 Angelus adueniens militiaq; cohors.
 Ruricolis partum pastoribus axe reuelans,
 Quod puer in cunis IESVLVS ille cubet.
 Gloria summa DEO resonant concentibus odæ:
 Pax vigeat terris, voce resultat humus.*

P R E C A T I O.

*Vt tibi da possim depromere cætica CHRISTE
 Pro partu, celebrat te velut axe chorus.*



FESTO DIE STEPHANI
 PROTOMARTYRIS.

I C O N V I.

IESV CHRISTI pueri Emanuelis in
 ciuitate Bethlehema recens nati, in
 Iudaicum populum, qui Prophetas
 ad se missos, occidunt, inuehentis,
 eidemque ob eiusmodi internecio-
 nem iusti Abelis sanguinis effusio-
 nem, itemq; ob posthabitu tem-
 pus



pus oblatae gratiae, futuram vastitatem, atque destructionem annunciantis. Matth. 23.


Christus praedicit clades mala multa recen-
 Quae sint passuri, qui sua castra tenent. (sens,
 Hostibus & poen. is manifesta voce minatur,
 Afficiunt iustos qui modo supplicij.
 Vrbs Solymæa, refert, quoties tibi fata propin-
 Prædixi? Quoties vox tibi vera notat? (qua
 Ipsa sed occidis plures lapidasq, Prophetas,
 Ad te quos misi, fata nec vlla times.

Vtq,

*Vtq̄, solet Gallina suos defendere pullos,
 Sic tua spectavi commoda mente sagax.
 Sed non admittis quæcunq̄, suere relata
 Explodens, Vatum verba nec vlla valent.
 Sic protomartyr Stephanus, præfectus & aris
 Occumbit moriens, fataq̄, dura subit,
 Expulsus muro, saxorum grandine mersus,
 Verbi confessus dogmata pura sacri. (axe,
 Ille sed expirat, CHRISTVM conspectus in
 Exhalans animam: spiritus astra petit.*

P R E C A T I O.

*Vt sacra constanter defendam dogmata, Christe,
 Cum Stephano, vires suggere, corq̄, regas.*



FESTO DIE IOHANNIS
 APOSTOLI ET EV-
 angelistæ.

I C O N V I I.

I E S V C H R I S T I exhibiti Messiaë,
 cum Simone Petro colloquentis,
 eiusdemque amorem triplici quæ-
 stione explorantis, eundemque, vt
 oues sibi commissas pabulo verbi
 B 4 diuini



diuini pascat, adhortantis, eidemq;
vice versa, futuras ærumnas & per-
secutiones prædicentis. Iohan. 21.

*U*T possit (qui cor nouit) perquirere mentem
PETRI, supremi Natus ab axe patris.
Pluribus ecce rogat : Num se quoq; diligat ipse ?
Qualiter affectus sis, mihi Petre refer ?
Nā fuerat CHRISTO capto tunc fortior illis,
Quàm negat hic Dominū, sica corusca docet.
Ter rogat idcirco, gallidum voce labascit,
Tempore mutatus, sed modò vera refert.
Pluribus

Pluribus haud verbis opus est venerande Magi-
 Ille meus (dicit) cum tibi notus amor. (ster
 Agnos hinc Christus pascendos dogmate verbi
 Committit Petro: Ne lupo ipse voret.

Sic agnos pascunt pastores, pabula VERBI
 Dum praebent ouibus, voce monente, suis.


Sicq; Magistratus debet tondere bidentes
 Quarum nunc curam tradidit ipse DEVS.

Præterea clades Petro praedicat IESVS
 Dum de Discipulo plurima verba rogat.

Illis sic etiam clades quæ cura bidentium
 In terris restant, quas tulit ipse SIMON.

P R E C A T I O.

Da mihi cor Petri, mutata mente, Simonis,
 Vt tua cōfitear dogmata CHRISTE precor.



DOMINICA INTRA
 OCTAVAM NATIVI-
 tatis Christi.

I C O N V I I I.

SIMEONIS iusti & religiosi viri, de
 puero IESU, eiusque regno, ac de
 afflictionibus beatæ virginis MA-

B 5 R I A E,




RIAE, quæ typus Ecclesiæ est, vaticinantis, Matronæq; Hannæ Prophetissæ, de CHRISTO Emanuele testimonium perhibentis. Luc. 2.

*D*anna tibi Simeon predicat virgo MARIA,
 Quæ sint ob Natum perpetienda tuum.
 Ac clades quibus expositus puer, ipsaq; Mater
 Tempore quo vagit, vir pius ille refert.
 Ecce, refert, animam transibit sica trementem,
 Dum tibi commissus Natus ab axe fuit.
 Exilium Nati Nilotica regna petentis,
 An non est gladius? Plura referre libet.
 Amissum

Amissum Natum referam quid? fornice templi,
 Dum nescit sit vbi Mater & ipse pater.
 Prætereà varijs est cladibus illa referta,
 Munere dum CHRISTVS fungitur ipse sua.
 Ac dum spectatrix fuit hac lacrymosa virago,
 Quo patitur Natus funera dira crucis.
 Tale DEI Nati regnum quod clade refertum
 In mundo, cuius virgo MARIA typus.
 Sic etiam plures coguntur ferre dolores
 Ex odio mundi, qui sacra VERBA serunt.

P R E C A T I O.

Aerumnis varijs presso largire quietem,
 Erige me VERBI robore, CHRISTE, tui.

FESTO DIE CIRCVM-
C I S I O N I S C H R I S T I.

I C O N I X.

IESV CHRISTI filij DEI Emanue-
 lis, octauo die iuxta præscriptum
 & ordinationem Legis Mosaicæ,
 circumcisi, eidemq; vt nos à male-
 dicto liberaret, sua spontè subijci-
 entis. Lucæ 2.

Vt pe-




UT peperit Natū veneranda puerpera Chri-
 Lux octava micat, sidus & omne fauet. (stū,
 Qua circumcisis puer est ex ordine sēgis
 Antiquæ, cui se subijcit ipse libens.
 Ut nos eriperet maledictos, sanguine fuso,
 Quos sex accusat crimina propter ADÆ.
 Nam cum transacti labuntur tempora seclī,
 Emittere Natum summus ab axe DEVS.
 Virginis assumfitq; vtero, sine crimine massam,
 Qua repararet lapsum primiparantis ADÆ.
 Et sic subiectos legi nos liberet omnes,
 Ne nobis noceat vis inimica necis.

Inditur

*Inditur hinc illi præclarum nomen IESVS,
Per quod, sed gratis, vita beata datur.
Quo tremit audito princeps Acherontis opaci:
Nomine quo lecto mors truculenta tremit.
Illius ergò genu se flectat nomine quoduis,
In terris vel sint, sidera siue tenent.*

P R E C A T I O.

*Non aliud nomen cum sit super axe salutis:
Hoc propter quæso me pie CHRISTE bees.*



DOMINICA INTRA
OCTAVAM CIRCUM-
cisionis.

I C O N X.

IESV CHRISTI promissi & exhibiti
Messiæ in infantia sua iussu Angeli,
cum patre Iosepho, & matre virgi-
ne MARIA, in AEGYPTUM propter
tyrannidem Herodis, quam in pue-
ros Bethlehemiticos exercet, fugi-
entis, ac mandato eiusdem, rursus
mortuo & à vermibus arroso Rege
Herode,



Herode, reuertentis ab exilio.
Matth. 2.

*H*erodis cum vita fugit demersa sub Orcum
 Cum gemitu, poenas quò sine fine luat,
 Aliger è caelo Iosepho nuncia portat
 Funere de Regis (nam puer exul erat.)
 Ut cum matre simul patrias se conferat oras,
 Cum subsint vitrà nulla pericla fugæ.
 Nam prius Aegyptum fugiens secesserat ille,
 Quando Rex pueros non sine clade necat.
 Sume, refert, puerum coelestis nuncius aula
 Cum Genitrice simul, rura propinqua petens.
 Hostes


*Hostes nam pueri nunc fata benigna tulerunt,
Iosephus sed mox expedit illud iter.*

*Herodis Natum cum percepisset in oris
Sceptra tenere, timet ne sibi vincla struat.*

*Angelus aſt talem ſecludit corde timorem,
Oſtendens aliam per loca plana viam.*

P R E C A T I O.

*Regis ob Herodis furias, qui factus es exul,
Exilio preſto ſis mihi CHRISTE meo.*

F E S T O D I E E P I P H A -
N I O R V M.

I C O N X I.

IESV CHRISTI filij vnigeniti, DEI
Patris, in vrbe Bethlehema recens
nati, Magorum ex oriente, edocto-
rum ex prophetia Michææ, ac stel-
la ductrice, tria munera, aurum,
Thus, & Myrrham, cum Maria ma-
tre benediſta, ſuſcipientis, Matth.
2. cap.

Bethle-




B Ethlehema princeps vitæ cum natus in vrbe,
 Herodes illo tempore scepra tenet :
 Iudæaq; regit subiecta per oppida fines,
 Sidus mox ternis fulsit ab axe Magis.
 Illos quod duxit Reges ad limina tecti,
 Quo recubat cunis IESV LV S ille puer.
 Illius hinc repetunt ædes, tria dona ferentes :
 Aurum, Thus, Myrrham, quæ pia virgo capit.
 Herodes Rex obstupuit, nascente Monarcha,
 Et Duce Iudææ : Mox struit arte dolos.
 Regibus adductis, queis possit tollere Regem
 Illum, quem sidus prædicat axe nouum.

Nititur

Nititur aſt fruſtrà: Technas molitur inanes,
 Aduerſus DOMINũ fraus quia nulla valet.
 Exhibitis donis, ceu precipit Angelus, Ipsi
 Sed Regis minime fulgida tecta petunt.
 Et gradiuntur iter, ſemoto tramite, notum,
 Donec perueniant ad ſua tecta, Magi.
 Gentib. eſt etenim promiſſus ab æthere Chriſtus,
 Eſt cuius teſtis ſtella refulſa Magis.

P R E C A T I O.

Ad cunas CHRISTI ducat me ſidus Olympi:
 Annus eat proſper, proſpice Nate DEI.


D O M I N I C A I. P O S T
E P I P H A N I A.

I C O N X I I.

IESV CHRISTI filij DEI, duodeci-
 mo anno ætatis ſuæ, cum parenti-
 bus Iosepho, & Maria, ad feſtum
 paſchæ Hieroſolymam aſcendentis,
 & cum Doctõribus legis Moſaicæ,
 ſumma admiratione reliquorum
 aſſiſtentium differentis, & proble-
 mata proponentis. Luc. 2.

C

Dum



Dum recolit Solymis Pascha gens perfida fe-
 Ipse puer IESVS mœnia celsa subit. (stum,
 Adductus cum matre sua, fidoq; parente,
 Ut festum celebret ceu recutita cohors.
 Ergo petit templum, quo Scribae fixa statuta
 Tradunt, qua synodo gaudet adesse puer.
 Multa rogans, iterum Scribis problemata tradens,
 Postulat ut legis pagina scripta sacra.
 Hinc dum plura docet, cuius sapientia lucet,
 IESVLVS amissus, matre dolente, puer.
 Dum repetunt sed iter, sacra reperitur in ade,
 Declarans quid sit iussa paterna sequi.

Quate-

Quatenus extendat se prouida cura parentum,
 Debetur pietas queis, docet, atq; probat.
 Illius exemplo discat studiosa iuuentus
 IOVÆ iussa sequi, iussa paterna sequi.
 Proxima sit pietas, reuerêri mente decenti
 Illos, qui ludi pulpita cessa tenent.

P R E C A T I O.

Da rebus sacris intersim, munus & illud
 Exequar, ad quod me Christe benigne vocas.

D O M I N I C A I I. P O S T
E P I P H A N I A.

I C O N X I I I.

I E S V C H R I S T I, cum matre & di-
 scipulis suis ad nuptias in Cana Ga-
 lileæ vocati, matrimonium vt ho-
 nestum vitæ genus approbantis, &
 eximio munere, editoq; primo mi-
 raculo, ornantis, ac lymphas in me-
 rum mutantis. Iohan. 2.

C 2

Sires




*S*I res coniugium nec grata nec hortus amœ-
 Summo qui torquet sidera clara poli: (nus
 Ex limo terræ cur fingit corpus ADAMI?
 Ex lateris costa cur noua nupta venit?
 Est igitur res grata Deo, probat autor & ordo,
 Qui sancit primi vincula casta tori.
 Si sacer est autor, sequitur quod sanctio sancta
 Hec sit, cum faciat nil nisi sancta DEVS.
 Filius astrigeri demissus ab arce parentis,
 Ordinis hinc huius fœdera casta probat.
 Nam cum matre sua, thalami conuiuia rogatus
 In Cana, celebrat gaudia festa tori.

Quod

Quod non fecisset, genus hoc si displicuisset,
 Ex lymphis saltem dum bona vina facit.
 Ergo coniugibus si commoda plurima desunt
 In terris, quibus hæc vita carere nequit:
 Implorent Numen, commissa negocia tractent,
 Tunc post ærumnas dulcia vina bibent.
 Si fuerit melli mixtum fel: Ruta virescit
 Sub cruce, ver instat, bruma recurrit iners.

P R E C A T I O.

Vita sit hæc terris dura dum glade referta:
 Has lymphas, mutes in mera CHRISTE, crucis.


 D O M I N I C A I I I . P O S T
 E P I P H A N I A .

I C O N X I I I I .

IESV CHRISTI generis humani Ar-
 chiatri, habita concione in monte,
 duo insignia miracula edentis: Le-
 profum opem ipsius implorantis, ac
 famulũ Centurionis paralyfi pres-
 sum, in absentia, solo V E R B O cu-
 rantis. Matth. 8.

C 3

Vt



UT Christus lapsum repararet genus vnicus He-
 Assumpta massa nascitur & fit homo. (ros,
 Versatur terris edens miracula multa,
 Peonias agris applicat atq; manus.
 Id probat immundum qui lepra corpus habebat,
 Quē CHRISTVS medicus liberat à scabie.
 Procidit ante pedes eius nam supplice gestu,
 Exquirens medicæ pharmaca certa manus.
 Si vis, ipse refert, poteris mundare rogantem,
 Attribuens CHRISTO robur itemq; modū.
 Centurio, fidei firmæ qui robore pollet,
 Approperat Christo, sic quoq; poscit opem.

Dum

Dum famulus morbo pressus decumbit in aede,
 Impetrat idcirco, quod petit atq; cupit.
 Cum fidei tantum Iudæa gente reperta
 Haud vnquam terris, res manifesta probat.
 Credit enim verbo vires acquirere seruum,
 Ipse licet CHRISTVS limina nulla petat.
 Ergo cum causam morbi, nouitq; iuuandi
 Tempus, cur dubio pectora pressa metu?

P R E C A T I O.

Regulus ac veluti leprosus supplice voce
 Expetit auxiliū, sic quoq; CHRISTE peto.

DOMINICA IIII. POST
EPIPHANIA.

I C O N X V.

IESV CHRISTI, filij DEI, veri nau-
 clerij Ecclesiæ, militantis inter mon-
 stra marina, cum Discipulis suis do-
 cendi gratia in nauiculam ingredi-
 entis, exortaq; vehementi tempe-
 state in mari, inter dormiendum
 excitati, eandem sedantis, ac mari
 & ventis imperantis. Matth. 8.

C 4

Nauis




*N*auita Christus adest qui nos ad sidera ducit:
 Nauis adest, in qua vectus & ipse venit.
 Per mare veliuolum quisquis sulcare propinquat
 Conscendat, sidus dum fauet atq; Notus.
 Plurima nam restant subeunda pericula nauticæ,
 Dum Christus stertit, nec Cynosura micat.
 Id probat æquoreis Nauis concussa sub vndis,
 Nauita qua vehitur Filius ipse DEI.
 Ex hac nam sacri dum tradit dogmata VER-
 Mox oritur motus fluctibus æquoreis. (BI,
 Qui cymbam feriunt concussam vortice Ponti,
 Quo motu clamant, Discipuliq; tremunt.

Vtq;

*Uiq; iuuert miseros elata voce precantur,
 Cum mergenda ruat vortice quassa ratis.
 Hac victrix vehitur cinctis Ecclesia monstris:
 Hanc etiam vexant plurima monstra maris.
 Quae mox implorat Christū compescat vt equor,
 Ne stertatq; rogat, sed ferat auxilium.
 Tempestas mox ecce fugit, fauet ether & aura,
 Ac iterum Solis splendor ab axe micat.*

P R E C A T I O.

*Dū fera tempestas oritur terraq; mariaq;
 Inuectum Cymba me rege CHRISTE tua.*



D O M I N I C A V. P O S T
 E P I P H A N I A.

I C O N X V I.

IESV CHRISTI aeterni patris confi-
 liarij, discipulis suis, parabolam de
 bono semine, & de zizanijs, inter
 illud succrescentibus, proponentis,
 eademq; bonos pariter & malos in
 hac vita admixtos viuere, graphicè
 declarantis. Matth. 13.

C. 5

Est




Est aruo similis victrix Ecclesia terris :
 A Christo veluti tracta parabra docet.
 In quo succrescunt bona semina , crescit auena :
 Dum cadat in curua falce reseeta seges.
 Inter nempè bonos quouis sunt tempore prauis
 Sub veri specie, qui nisi falsa probant.
 Est autem Satanas autor zizania spargens,
 Dum stertunt homines, mox metuendus adest.
 Accedunt serui Domino quæ visa fuere
 Commemorant, crescit dum seges atq; viret.
 Miranturq; simul lolio dominante, nec vnde
 Proueniat norunt , semen & illud iners.

AET

*Ast Dominus vetat his lolium qui vellere ten-
 Eradicetur ne simul ipsa Ceres. (tant,
 Dum steriles crescit semper seges inter auenas
 Ad messem, quæ tunc semina praua ferunt.
 Traditur hinc lolium flammis crepitantib. Orci
 Cum paleis leuibus, quas voret ignis edax.
 Triticeas fruges super horrea condet arator,
 AEstatis quando tempore messis erit.*

P R E C A T I O.

*Da sim cultus ager, fruges qui reddat opimas:
 Tradatur lolium, CHRISTE benigne, rogis.*

D O M I N I C A V I. P O S T
E P I P H A N I A.

I C O N X V I I.

I E S V CHRISTI filij DEI viuentis
 missi in hunc mundū, & opera Dia-
 boli destruentis, in regione Ger-
 gesinorū duos obsessos ab immun-
 dis spiritibus liberantis, iisdemque
 rogantib⁹ in porcos euadere, quos
 repentē in mare præcipitarunt, li-
 beram potestatem concedentis.
 Matth. 8. *Talis*



*T*alis non animos irrepit sensus in imos,
 De Satana, dirus sit procul iste sonus:
 In quem non plures erumpunt lumine cassi:
 Qui similes prorsus sunt Epicure tibi.
 Haud Satanas nigros vultus ostendit in Orco
 Tales pictoris quos notat arte manus.
 Proh pudor, an non est deformis? nonne mina-
 Interitum nobis, resq₃ diesq₃ probat? (tur?
 Nam varias technas deprimit retia tendens,
 Ut nos seducat callidus ipse latro.
 Primus homo probat hoc seductus fraude colubri,
 Interimens fratrem stulte Caine probas.

Traxit

Traxit ad incestum Lothum, Petrumq; Simonē
 Seduxit, Dominum ter negat inde suum.
 Insuper obsessi Gadareni Demone vires
 Principis heu mundi, pluraq; damna probant.
 Ex quibus hic Christus propellit Dæmonas atros,
 Inuaduntq; sues, quas maris vnda rapit.
 Permittente DEO, mouet hic Mauortia bella,
 Et steriles annos, corporibusq; nocet.
 Ne te decipiat technis, & fraude latente,
 Effice quæ proprij muneris esse scias.

P R E C A T I O.

Ne me seducat Satanas deformis in Orco:
 Sit gladius VERBVM maxime Christe tuū.


 DOMINICA SEPTVA-
 GESIMAE.

I C O N X V I I I.

IESV CHRISTI parabolam discipu-
 lis, de patrefamilias proponentis,
 ad conducendos operarios in vine-
 am exeuntis, ac mercedem æqua-
 lem singulis pro inæquali labore,
 distribuentis. Matth. 20.

Ponenti



*P*onenti vites, ECCLESIA, tempore verno
 Est similis, veluti pulcra parabla docet.
 Vinitor est pater athereus, summusq; creator,
 Cui seruit tellus, sidera cuncta poli.
 Egreditur qui mox prima sub tempore lucis,
 Cum Sol exurgis, Phosphore siue micas.
 Conducitq; viros queis vinea nempè colatur,
 Vnde per autumnum dulcia vina legat.
 Ac his equalem mercedem diuidit vltro,
 Aequalis fuerat nam licet iste labor.
 Tanta DEI bonitas, quouis qui tempore mittit
 Spargentes VERBI dogmata vera sacri.
Emisit

Emisit siquidem plures, sanctosq; Prophetas:
 Emisit Natum culmine IOVA suum.
 Torcular solum calcans, fusoq; cruore
 Victima fit, soluens debita lytra PATRI.
 Nobilis est palmes, nos sanguine, membra, rede-
 Hec vitis CHRISTUS, viuificatq; suo. (mit,

PRECATIO.

Vt mihi sit cura tua vinea, suggere CHRISTE,
 Ac vt sim massæ furculus ipse tue.



DOMINICA SEXA-
 GESIMAE.

ICON XIX.

IESV CHRISTI discipulis suis pro-
 ponentis parabolam, de quadru-
 plici semine in diuersam partem
 terræ cadentis, & quarta tantum
 feminis parte fructum ferentis, ean-
 demq; dilucidè annexis verbis ex-
 plicantis. Luc. 8.

Est



*E*st hominum terris Ecclesia, cœtus, in illo
 Exit, qui VERBI semina pura serit.
 Sementem faciens est præco, voce reuelans
 Inspergensq; sua, dogmata sancta DEI.
 Hinc iuxta callem pars seminis ecce relapsum:
 Contritum pedibus, quod volucresq; vorant.
 Altera pars cecidit, rimas saxiq; cauernas,
 Cum sed abest humor, deficit atq; perit.
 Tertia pars Cereris spinis illapsa, nec vllum
 Fert fructum rigidis vepribus ic̄ta cadens.
 Semina nã Satanus remoratur plurima campis,
 Vt mox arescant dum seges ipsa viret.

Agris

*Agris nam cultis zizania noxia spargit :
 Deuastans culti iugera læta soli.
 In terram sed fructiferam pars quarta cadebat,
 Enatum tandem, nec quoq; fruge caret.
 Hi sunt qui retinent percepti dogmata VERBI,
 CHRISTVS vt interpres pluribus illa docet.*

P R E C A T I O.

*Seminis vt sim da terris pars quarta cadentis,
 Nate DEI, cor sit nec lapidosus ager.*



DOMINICA QVIN-
 QVAGESIMAE, SIVE
 ESTO MIHI.

I C O N X X.

IESV CHRISTI summi parentis filij,
 discipulis ex testimonio Propheta-
 rum, passionem & resurrectionem
 suam prædicentis, accæco Barti-
 mæo in itinere Hierichuntæo, vera
 fide imploranti, visum restituentis.
 Luc. 18.

D LAZARON



*L*AZARON vt superas Christus reuocaret in au-
 Ad quem progrediens suscipit illud iter: (ras,
 Prædicit socijs ventura vincula mortis,
 Ore Prophetarum quæq; relata forent,
 Gentibus ex odio, tradetur namq; cohortis
 Natus in axe patris, scommata probra feret.
 Tertia sed postquam cælo lux fulserit orta,
 Exurget tumulo membra reposta leuans.
 Ignorant autem socij quidnam sibi dicta
 Portendant, illos res ea tota latet.
 Sic quoq; cæca stupet ratio dum mente volutat,
 Quæ sunt ex sacris percipienda libris.

Accedens

LIBER PRIMVS. 51

*Accedens Hiericho, cæco sua lumina reddit
Mox Bartimeo, namq; poposcit opem.
Qui precis ardentis typus est fideiq; figura,
Credidit Abramus, spes vbi nulla fuit.
Sic nec desistit precibus miser ipse, sed instat,
Donec glorificans sidera clara notat.*

PRECATIO.

*Funera prædicis, cæco sua lumina reddis:
Sanguine me repares Christe benigne tuo.*



DOMINICA QVA-
DRAGESIMAE, SIVE
INVOCAVIT.

ICON XXI.

IESV CHRISTI filij DEI viuentis,
post acceptum à Iohanne baptismū
in desertum à Spiritu sancto subdu-
cti, ibidemq; Diabolum, principem
huius mundi, varijs technis aggre-
dientem, solo verbo à se propellen-
tis. Matth. 4.

D 2

Quanta



*Q*uanta sit infensi Satanae vis, quanta potestas
 In genus humanum, nos typus iste docet.
 Decepit primos, veterator fraude parentes,
 Arbore dum vetita poma negata vorant:
 Quem fastus pepulit supera de sede Tonantis,
 Affectans summi sceptrum verenda DEI.
 Hinc technas fraudesq; simul molitur in orbe,
 Aggrediens homines, quos modo decipiat.
 Fraus manifesta patet, quonia veterator & ho-
 Nec parcat Christo, fraus sed aperta cadit. (stis
 Vicit enim victor Satana super axe triumphans:
 Qui caelo venit, frangat vt eius opus.

Cogitur

Cogitur hinc victus secedere, nil quoq; tentat
 Vltcrius, frustra retia tensa cadunt.
 Pro NOBIS veluti Christus tentatur ab hoste,
 Sic nostri causa victor & ipse redit.
 Ergo si Satanas telis te vincere tentat:
 Obijcias Nati gesta trophea DEI.
 Ille tibi iunget, si munia debita tractes,
 Angelicam turbam, ne tibi damna struat.

PRECATIO.

Vera FIDES clypeus mihi sit, ne vincar ab hoste.
 Sit gladius VERBI, vis manifesta, sacri.



DOMINICA II. QVA-
 DRAGESIMAE, SIVE
 REMINISCERE.

ICON XXII.

IESV CHRISTI, Raphaëlis Archia-
 triq; cœlestis, à filia Syrophœnissæ
 Dæmonium eijcientis, ac precibus
 discipulorum, eidem pristinam sa-
 nitatem restituentis. Matth. 15.

D 3

Plena




*P*lena fide mulier, medicū, rogat ecce, supre-
 Ex cuius manant pharmaca certa manu: (mū,
 Ut nata misera succurrat Demone presse,
 Ferre paratus opem sis, Cananea refert.
 Namq, potes Raphaël succos miscere salubres:
 Hei nostris solus sis Panacea malis.
 Sed nil respondet misera Iessæ propago:
 Instant discipuli, pondus inesse rogant.
 Illa refert, ad oues non sum, nisi missa, tenellas,
 Iudæa quæ sunt, scemina mœsta, domo.
 Ast precibus motus, Nata succurrit IESVS:
 Cum tantum fidei perspicit, indè refert:

O CANA-

O Cananea tui voti sis credula compos:
 Filia nunc Satana libera facta valet.
 Succurras etiam NOBIS mediator IESV,
 Namq; potes medicas applicuisse manus.

PRECATIO.

Qui curas homines compressos fraude colubri
 Me repares ictum, sanguine, CHRISTE, tuo.



DOMINICA III. QVA-
 DRAGESIMAE, SIVE
 OCULI.

ICON XXIII.

IESV CHRISTI, filij DEI, ex homi-
 ne obfesso, propria virtute Dæmo-
 nium expellentis, ac illud mira-
 culum, contra quorundam obtre-
 ctatorum obiectiones & calumnias
 confirmantis, itidemq; ad mulier-
 culæ cuiusdam elogium, efficaciam
 verbi diuini asserentis. Luc. 11.



P Rincipis heu mundi sit vis, violentia quanta
 In genus humanum, nos typus iste docet.
 Nam miser obsessus genus id designat aperte
 In scelus illapsus crimina propter ADAM.
 Quod foret in Stygij detrusum carceris vndas,
 Ni repararet CHRISTVS sufficiente lytro:
 Ut repararet sed adest, edens miracula multa,
 Demona pellit & hinc: Destruit eius opus.
 Illud sed quidam Satana qui praesidet Orco
 Designant, cui vis sit minor inde data.
 Ast tales Christus manifesto dogmate VERBI
 Reijcit, ascribens talia facta sibi.

Diuisum

*Diuisum regnum cum non consistere possit :
Haud Satanam Satanam pellere posse docens.
Prædicat aſt Chriſti Genitricē ſœmina quædam,
Vim VERBI celebrat ſed magis ipſe ſacri.*

PRECATIO.

*Chriſte tuo ſancto da poſſim credere VERBO :
Quo ſine nec terris vis nec aperta ſalus.*



DOMINICA IIII. QVA-
DRAGESIMAE, SIVE
LACTARE.

ICON XXIIII.

IESV CHRISTI, Regis munifici, ac
opulentissimi omnium creatura-
rum patrifamilias, quinque pani-
bus hordeaceis, & duobus pisci-
bus, quinq; millia virorum, ex cu-
piditate audiendi cœlestem doctri-
nam, eum sectantium, in monte
pascentis. Iohan. 6.

D S Cuius



Cuius consistit nutu, mare, lucidus aether,
 Cum Genitore Deo, Flamme cumq; sacro,
 Alituum genus ac hominum, qui pascit abundè
 Ipsa DEI soboles, summus in axe DEVS,
 Monte sub aërio, cuius qui pabula carni
 Exhibet, En pascit millia quinq; virum.
 Ardor erat tantus, perceptus dogmate VERBI,
 Fit satur hinc modico plurima pane cohors.
 Quotquot erant homines saturati munere dex-
 Piscibus ex binis, quos maris vnda tulit. (tra
 Munere pro tanto celebrarunt Numen in axe,
 Quòd verbo pasti sint quoq; pane simul.

Idcirco

*Idcirco CHRISTO diadema imponere tentat,
Quod non affectat, culmina montis init.*

PRECATIO.

*Pabula des VERBI nobis, des pabula PANIS:
VERBO NOS satures, pasceq; CHRI-
STE, CIBO.*



DOMINICA V. QVA-
DRAGESIMAE, SIVE
IUDICA.

ICON XXV.

IESV CHRISTI, generis humani af-
fertoris, apologetico scripto (quo
doctrinae coelestis certitudinem af-
ferit) contra Iudæorum falsam &
friuiolam sententiam se opponen-
tis. Iohan. 8.

Nascitur



*N*ascitur alma Dei soboles sine crimine terris,
 Ex MARIA semper virgine verus homo.
 Cuius in ore fuit dolus haud crimenue repertum,
 Amosides veluti vaticinatus ait.
 Peccarat colubri technis primæuus ADAMVS,
 Ordo iusticiæ flagitat ipse lytron.
 Ergò quò reparet lapsum genus vnicus Heros:
 Et fieret tandem victima promptus adest.
 Asserit interea, Iudeos VOCE refutans
 Dogmata, quæ patris protulit ipse sinu.
 Vera loquor, dicit: Quisquis mea dogmata ser-
 Aeterna minimè morte perire nequit. (uat:
 Talia

Talia cum profert Christus sapientia summa,
 Gens recutita furit, saxa repente leuans.
 Queis petat hæc Christum, sed nondū tempus &
 Venerat, hinc templi limina nota fugit. (hora
 Excitet in nobis robur, vis Flaminis almi,
 Quod non formidet tela cruenta necis.

P R E C A T I O.

Vt non formidem clades & spicula mortis:
 Infractum pectus suggere CHRISTE mihi.



DOMINICA VI. QVA-
 DRAGESIMAE, SIVE
 PALMARVM.

I C O N X X V I.

IESV CHRISTI Messiaë promissi, &
 DEI patris, optimi maximi, filij,
 iuxta vaticinium Zachariaë Prophe-
 tæ, humili & abiecta specie coram
 mundo, in Metropolim Hieroso-
 lymorum, asello ingredientis.
 Matth. 21.

Cum



CVM Rex magnanimus vel Dux vel fortè Mo-
 Existit victor : Nonne triumphat equo ?
 Non hic inuehitur , redimitus tempora lauro ?
 Urbis an haud victa mœnia celsa subit ?
 Ast heros CHRISTVS fortis Regumq; Dyna-
 Increditur portas vrbs Solymæa tuas. (stes
 Sed nec equo Getico , sternax qui frena remor-
 Ast asina residens conspicendus adest. (det:
 Non metuendus Eques, Dominus sed pacis & au-
 De quo Zacharias voce sonante refert: (tor,
 Gaude nata Zion, gesti Solymæa propago:
 Namq; tuus mitis Rex venit ecce tibi.

Ergò

*Ergò cum Rex sit, cur non properemus ad illum?
Hebrææ pubis fecit vt ipsa cohors.
Quisq; Osianna iteret, latum Pœana canendo:
Expandat vestes, palma stet ante fores.*

PRECATIO.

*Vt tibi deuota recinit plebs cantica voce:
Sic eadē promptus, CHRISTE benigne,cano.*



DIE VIRIDIVM DE
COENA SACRA, CVIVS IN-
stitutio Matth. 26. Marc. 14.
Luc. 22. 1. Corinth. 11.
extat.

ICON XXVII.

IESV CHRISTI, agni immaculati
summiq; parentis vnigeniti filij, an-
te traditionem Iudæ, pascha come-
dentis, ac sacrosanctam cœnam in-
stituentis.

Cum



CVM princeps vitæ Christus Iessæ propago
 Esset passurus vincula, flagra, necem :
 Plurima commemorat socijs, cum cernit adesse
 Tempus discessus supplicijq; sui.
 Tempus enim paschæ, paschali vescier agno
 Instabat, socijs iussa tenenda dedit.
 Discumbentibus his ergo qua traditur hora,
 Instituit Cœnæ pignora summa sacræ.
 Corpus distribuens sub pane, suumq; cruorem
 Sub vno, siquidem res manifesta docet.
 Credere quis dubitet? Valeat rationis acumen,
 Os vèri loquitur : Fallere sermo nequit :
Fallere

LIBER PRIMVS. 65

Fallere SERMO nequit Christi: *Discede* So-
phista,
CORPVS & est SANGVIS pane sub at-
que mero.

PRECATIO.

CHRISTE tuo pascas me corpore, sanguine
potes:
Et maneat VERBI vis manifesta TVI.



DIE PARASCEVES.

ICON XXVIII.

IESV CHRISTI Nazaræni, regiæ &
semper virginis MARIAE, Θεωτὸς,
& Dei optimi maximi filij, pro re-
paratione & redimendo genere hu-
mano, sub Pontio Pilato Præsidente
Iudaici populi, regnante Tiberio
Imperatore, Hierosolymis, cruci-
fixi. Matth. 27. Marci 15. Luc. 23.
Iohan. 19.


E

Assignes,



*A*signes, pie Christe, meo tua vulnera corde,
 Quem latus effuso sanguine reddit hians,
 Ex his vulneribus quò grati cordis amorem
 Perpendam, quantus sit tibi Christe dolor.
 Ut minime labi possit meditatio corde
 Horum, sed vis sit mente reposta sagax.
 In te delecter miseranda morte necato:
 GUTTA sat effusi sanguinis VNA MIHI.
 Huic tandem nitor, firma quoq; mente quiesco:
 Illud per lytron regna beata petam.

ODE



O D E

A V T O R I S A D C H R I -
S T V M, *μεσίτῳ καὶ ἰκέτῳ,*
crucifixum.

Peccatum sum ^{scilicet} *Christe tuum quoque sordida*
massa,

Tu mea iusticia es, Tu mea vita, salus.
Vexillo sub Christe tuo, partoque triumpho
Nil metuo Satana, nec quoque tela necis.
Iusticiam quia Christe tuam non obruet unquam
Delictum proprium, non scelus ecce mecum.
Hinc lytron neque permittet quoniam aperte,
Vt sim peccati massa pudenda mei.

P R E C A T I O.

In cruce qui pateris genus execrabile lethi,
Victima grata Patri, crimina Christe pians:
Da tibi pro meritis ut possim soluere grates,
In laudes sit mens officiosa tuas.



E 2 LIBER



LIBER SE-
CVNDVS,

COMPLECTENS
DOCTRINARVM PIARVM,
sive contextus explanationem at-
que ἀνακεφαλαίωσιν perdiscendam
studiosæ iuventuti, ex Euange-
lij à Pascha vsq; ad Do-
minicas Aduen-
tus.



FESTO DIE PASCHAE

ICON XXIX.

IESV CHRISTI, Deiparæ virginis
MARIAE, & omnipotentis DEI
flij, tertio die, pro redemptione &
iustifica-



iustificatione humani generis, tan-
quam victor & triumphator, mor-
tis, Satanæ & inferni resurgentis.
Marci 16.

*A*Vroræ roseos reuehit LV X terna iugales :
Vt Christus tumulo membra repostâ leuat.
Et domitor Satanae, Mortis, bipatentis & Orci
Vexillo passo, clara trophæa locat.
Namq; Philistaum fudit virtute Gigantem
Iesides CHRISTVS, fortis & ipse Leo.
Magnus & vt Simson, maxilla percutit hostem
Euellens postes vrbs ibi Gasa tuos :


E 3

Non

*Non aliter Christus perruptor fregit Auernum,
 Contudit & Stygij membra caputq; Ducis.
 Ex celebri Christi mors est absorpta triumpho:
 Dic, vbi nunc vis est, mors & Auerne patens?
 Grata sit IOVÆ, laus sit super axe Monarchæ,
 Per Christum siquidem libera turba sumus.
 Hinc mēbris da Christe tuis vt morte resurgant,
 EX CAPITE acquirant glorificata decus.*

P R E C A T I O .

*Haud corrupta reuiuiscunt tua mēbra sepulcro:
 Nate DEI tumba me reuocare velis.*



F E R I A I I . P A S C H A E

I C O N X X X .

I E S V C H R I S T I, mundi redemptoris,
 astrigeriq; parentis, filij, post re-
 surrectionem duobus discipulis
 Cleophæ, & Nathanaëli Emaunta
 euntibus apparentis, & se rediui-
 uum exhibentis. Luc. 24.

Deuicta



*D*euicto Satana, superata morte resurgit
 Dux vita Christus, fortis & ipse Gigas.
 Ac ne quis dubitet, propria virtute sepulcro
 Membra leuasse docet, spectra nec esse probat:
 Adiungit sese socijs Emaunta petitis,
 Perculso dubio cum videt esse metu.
 Abdita nam de se rimatur scripta reuoluens,
 Ac ea confirmat pluribus ipse locis.
 O ignara, refert, & credere pectora tarda:
 Anne pati Christum talia, mente latet?
 Ex his colloquijs, panem dum frangit edendo
 Noscitur: Vt maneat nocte ruente, petunt.

E 4

Vesper

*Vesper adest Mundi, Nox ingruit, Hesperus in-
Ergo nobiscum nunc pie Christe mane. (stat,
Accensam lucem prætensa lampade VERBI
Extingui non iam, Sole cadente, sinas.*

P R E C A T I O.

*Vt fax commonstrat gressum : Sic regula Verbi
Et lampas monstret Christe benigne viam.*



F E R I A I I I . P A S C H A E .



I C O N

ICON XXXI.

IESU CHRISTI, inferni, mortis &
Satanae victoris, magni IHOVAE
filiij, Discipulis suis, à resurrectionis
die apparentis, & manus ac pe-
des commonstrantis, abditaq; sa-
crarum scripturarum explicantis.
Lucæ 24.

*M*ortis & insensu Satana destructor & Orci
Exurgit CHRISTVS, lux ubi terna micat.
Ac ne quis dubitet præbet sua membra videnda,
Discipulis pauidis, discutit atq; metum.
Hi siquidem furias formidant gentis iniquæ
Atq; minus, igitur membra pauore rigent.
Mentibus ut verò pavor excludatur, iisdem
Optat tunc pacis munia sancta piæ. (nus,
Stigmata cõmonstrat: Transfossam cuspide vul-
Eius ne corpus phasmata vana putent.
Sumit & Hybleum mel, partem piscis & assi:
Scripturæ sacre sensa profunda notans.
Da DEVS ergò tuis possimus credere verbis,
Absit & ex animis error inersq; metus.

P R E C A T I O.

Ut socios consolaris, formidine tactos:
Sic VERBIVRES suggere, CHRISTE, tui.
E. 5 DOMI-

DOMINICA I. POST
PASCHA, SIVE
Quasimodogeniti.



ICON XXXII.

IESV CHRISTI, ex tumulo resur-
gentis, ac discipulis suis, ob metum
Iudaicæ gentis, clausis foribus se-
dentibus, astantis, vestigia clauo-
rum monstrantis, sanctum Spiritum impar-

impartientis, ac sacrosanctum ministerium confirmantis. Iohan. 20.

*V*espere sub sero Phœbus cum vergit in undas
Oceani, & cœlo sidera clara micant.

Conclusis foribus, socios deprendit IESVS
Coniunctos, Furias ob rigidumq; metum:

Quem conceperunt recutit a gentis ob iram,
Funera dum Christum flagra subire vident.

Ergo precatur eis pacem: Bona cuncta, superne,
Ostenditq; manus, ac latus ecce suum.


Gaudia pertentant animos presente Magistro,
Ac his impertit Flamen ab axe sacrum.

Dat vires itidem spargendi dogmata VERBI,
Confirmatq; sua voce MINISTERIVM.

His etiam vires largire & dona ministris
Flaminis, alme DEVS, qui sacra verba sonât.

P R E C A T I O.

*V*oce sacri VERBI cum vires Spiritus addit:
Huius concedas robor a CHRISTE mihi.



DOMINICA II. POST
PASCHA, SIVE MISE-
ricordias Domini.

I C O N



ICON XXXIII.

IESV CHRISTI, Dei optimi maxi-
mi filij, eximij ac boni illius pasto-
ris, animam suam in ara sanctæ cru-
cis, pro ouibus redimendis ex fau-
ce Stygij lupi, ponentis. Iohan. 10.

*P*astor adest summo promissus ab aethere Chri-
Pro grege non dubitans funus adire suo. (stus,
Pastor enim bonus est, fidus pecudisq; Magister,
De quo Iessidæ sancta Thalia canit.

Qui

Qui miseras educit oues ad pabula VERBI,
 In quibus his ouibus copia nulla deest.
 Sed precio ductus pastor, fugitiuus oberrat:
 Deserit hinc & oues adueniente lupo.
 Ast lupo ipse vorax rapit & dispergit easdem,
 Interdum Stygio præda fit ipse cani.
 Sed bonus est pastor CHRISTUS nouitq; bidentes,
 Has propter vitam fundit & ipse suam.
 Conuocat hinc alias ad ouilia nota bidentes,
 Cordi queis verbum pastor amate tuum.
 Sic nobis sacri concedas pabula VERBI:
 Prospice ne noceat vis inimica lupi.

P R E C A T I O .

Cū profers alias ad ouilia CHRISTE bidentes,
 Sim pars electi te precor ipse gregis.



D O M I N I C A I I I . P O S T
 P A S C H A , S I V E
 Iubilate.

I C O N X X X I I I I .

I E S U C H R I S T I , f i l i j D E I v i u i a n t e
 p a s s i o n e m s u a m , D i s c i p u l o s c o n t r a
 v e n t u r a s c l a d e s & c a l a m i t a t e s , a b
 e x e m p l o



exemplo mulieris parturientis, præ-
muniens & confirmans. Ioh. 16.

Uenturas clades socijs prædicat IESVS,
Aerumnasq; graues supplicijq; minas.
Tempore debebat quo mortis vincla subire,
AC MODICVM primo tempus id esse docet.
AÛt aliud tempus deuicta vincula mortis
Denotat, ex orco leta trophæa ferens.
Vt verò possent has clades ferre parati,
Munit eos contra scandala tanta crucis.
Quæ parit, est, inquit, Mulier tunc pressa dolore,
Illa sed vt peperit mox dolor omnis abit :

Sic

*Sic vos ærumnis affectos quisq; videbit,
 Durat at is modicum tempus in orbe dolor.
 Nam nece deuicta, dolor euanescit in auras,
 Mens & eo capiet gaudia vestra die.
 Nobis sis præsto, da nescia pectora frangi,
 Alme DEVS, soluas vincula dura crucis.*

P R E C A T I O.

*Tempore cum modico clades, hæc vitaq; duret,
 Tu me sustenta robore CHRISTE tuo.*



DOMINICA IIII. POST
 P A S C H A, S I V E
 Cantate.

I C O N X X X V.

I E S V CHRISTI Dei vnigeniti filij,
 summiq; pontificis, tempore ineun-
 dæ passionis discipulos suos, mœ-
 rore affectos, ob discessum, erigen-
 tis, Spiritum veritatis ijsdem pro-
 mittentis, ac eiusdem officium de-
 scribentis. Iohan. 16.

Solueret




*Solueret vt precium summo super axe parenti,
 Crimine pro mundi, cara propago DEI:
 Preparat hæc sese venturæ ad funera cladis,
 Offerri siquidem spontè volensq; cupit.
 A quo missa fui terras ex ade suprema
 Eius nunc repeto limina grata, refert.
 Mœror at ex abitu compleuit pectora vestra,
 Vera loquor, vobis expedit illud iter.
 Nam sacrum bifido transmittam Flamen ab axe,
 Arguat vt mundum crimen ob atq; scelus.
 Ac de iusticia pariter, iurisq; rigore,
 Cum iam iudicium pertulit ipse Satan.*

Plurima

Plurima sed restant, socij, quæ dicere vellem,
 Sed captum superant: sit monuisse satis.
 Spiritus aſt veri, quæ sunt ignota pateſcet:
 Atq; ſuperueniens, ſuggeret illa libens.

P R E C A T I O.

*A*Ethere des Nobis ſpirabile Numen ab alto,
 Alma DEI ſoboles, robore corda beet.



DOMINICA V. POST
 PASCHA, SIVE VOCEM
 iucunditatis.

I C O N X X X V I.

*I*ESV CHRISTI, Episcopi & curato-
 ris animarum, discipulos suos ad
 orationem adhortantis, earundem-
 que precationum efficaciam con-
 firmantis, abitum ac reditum ex
 morte annunciantis. Iohan. 16.

*A*Bdita scrutatur Christus, qui cordaq; nouit,
 Ignaris socijs fata futura, refert:

F

Et ne



Et ne succumbant tantis in cladibus ipsi :
 Formula quænam sit, subiicit ecce, precum.
 Harum quantaq; sit vis atq; potentia, monstrat,
 Ad quas inuitat, sub cruce neue ruant.
 Robur & hinc validum precibus designat iisdẽ :
 Poscite, cum dicit, Namq; petenda dabo.
 Additur his verbis, assertio firma modusq;
 De quo nec dubitent, verba relata probant.
 Instat enim tempus cum non prouerbia dicam,
 Sed referam vobis, quæ pater ipse volet.
 Idcirco summa sum missus ab arce Parentis,
 Nota sit vt per me vis manifesta patris.

Sordi-

Sordiflui rursus MVNDI sed limina linquo,
 Et patris ætherei sidera nota peto.
 His tandem creuit fidei scintillula verbis :
 Mæror & ex animis, & timor omnis abit.

P R E C A T I O .

Discutias tremulis animis gelidisq; pauorem,
 Ut precibus pondus sit, pie CHRISTE, precor.



FESTO DIE ASCENSIO-
 NIS CHRISTI.

I C O N X X X V I I .

IESV CHRISTI filij DEI redemto-
 ris nostri, in cœlum visibili specie
 ascendentis, & triumphantis, capti-
 uamq; captiuitatem ducentis, ac
 discipulos suos ad prædicandum
 Euangelium in vniuersum mun-
 dum, emittentis. Marc. 16.

Incluta lux salue, magnus super axe Tonantis
 Filius ascendens æthera summa petit.

F 2

Inuehi-



*Inuehitur coelos magna comitante caterua,
 Aëra quæ complet voce sonante tuba.
 Non etenim princeps aliquis fortisue Monarcha
 Existit victor, lata trophæa ferens.
 Magnus Alexander nec Rex & Lucius, Heros,
 AEmilius, sub quo ROMA superba fuit:
 Sed patris ætherei, Natus fortissimus Heros
 Ipse triumphat ouans, victor in axe poli.
 Ascendit socijs spectantibus astra Magister,
 Nube sed obducta, res manifesta probat.
 Illi sed postquam sublimia sidera spectant
 Angelicæ vocis nuncia lata ferunt.*

Ac his

Ac his percipiunt hunc tandem nubibus altis
 Venturum, tali schemate, sicut abit.
 Eius & hinc socij diuulgant dogmata VERBI,
 Qua Mundi triplicis machina tota patet.
 Ac eadem signis confirmant pluribus ipsi,
 Dum VERBI crescit vis manifesta DEI.

PRECATIO.

IESV Nate DEI necis inuictissime Victor:
 Extremo reuoces corpus & ossa die.



DOMINICA VI. POST
 PASCCHA, SIVE
 Exaudi.

ICON XXXVIII.

IESV CHRISTI, fidelis curatoris
 animarum, discipulos suos tempo-
 re passionis consolantis, & è syna-
 gogis expellendos excommunican-
 dosue, ad constantiam VERBI
 commonentis, Spiritum paracle-
 tum promittentis. Ioh. 15. & 16.

F 3

Prænise



*P*raeuise clades, memori sub corde voluta,
 Accessa, non tam durius indè nocent.
 Ne verò socios praeuise pericula Christi
 Ledant, discedens admonuisse studet.
 Nam non est socij melior fors sorte Magistri:
 CHRISTVS passurus multa notanda refert.
 Promittiq; polo spirabile Numen ab alto:
 Illud praeceps à patre namq; venit.
 Ne vos offendant autem vehementius illa,
 O socij, dura scandala plura crucis:
 Admonuisse iuuat: Quoniam ventura trahentur,
 Vt vos excludant, exagitentq; dolis.

Hinc

*Hinc si quis varijs damnis affecerit, ille
Cultum se superis exhibuisse volet.*

*Haud nam nouerunt summum super axe paren-
Ut vos afficiat turba maligna malis. (tem,*

P R E C A T I O .

*Me rege Chryste precor tua dogmata sancta pro-
Da vincat dura sub cruce vera FIDES.* (fessum :

F E S T O D I E P E N T E -
C O S T E S .

I C O N X X X I X .

IESV CHRISTI filij DEI, discipulis
suis Spiritum sanctum promitten-
tis, Quinquagesima deinceps die,
post resurrectionem, iisdem vehe-
menti & veniente Flatu de cælo
mittentis. Iohan. 14.

*A festo pasche lux quinquagesima salue,
Te mea Musa canat, Numen ab axe faue.*

F 4 Spiritus




*Spiritus hac supera sanctus transmittitur arce
 Vi verbi illustrans pectora multa sacri.
 Vnanimis nam cum socij sub limine Christi
 Coniuncti resident, Spiritus ecce venit:
 Replevitq; domum vehementis flamine venti,
 Quaeq; velut flammae lingua corusca micat.
 Horum quisq; fuit repletus flamine sacro
 Desuper immisso: vis noua mente viget.
 Incipiunt omnes varias depromere voces,
 Et linguas flatu suppeditante sacro.
 Huius nam vires CHRISTVS praedixit ab axe
 Flamine de sancto, de patre multa docens.
 Inquit*

Inquit enim, Flatus vobis tunc suggeret illa,
 Quem Genitor supera mittet ab arce poli.
 Pacem do vobis, pacem (mea turba) relinquo,
 Non hanc quæ terris prosperitate viget.
 Ergo sit vacuumq; metu cor atq; pauore,
 Discedens etenim conspiciendus Eo.

P R E C A T I O.

Munera des nobis sanctiq; charismata Flatus,
 Nate DEI, sine quo corda renata stupent.

F E R I A I I . P E N T E -
C O S T E S .

I C O N X L.

D E I æterni optimi maximi, tanto
 amore genus humanum comple-
 ctentis, filiumq; vnigenitum Do-
 minum I E S V M C H R I S T V M
 ἕως ἡμερῶν pro peccatis, & pro restau-
 rando lapsu primorum parentum
 mittentis. Iohan. 3.

F 5

Tartara



Tartara detrusum ne nobile plasma periret,
 Humano generi prospicit ipse DEVS.
 Consilio Triadis decernitur atq; cauetur,
 Quò possit lapsum restituisse genus.
 Quòd foret exclusum cœlestis limine regni,
 Expers ni quisquam criminis id repareret.
 Ut verò lapsus repareretur fontis ADAMI,
 CHRISTVS adest solus ferre paratus opem.
 Assumpta massa sit homo, sine labe repertus,
 Soluit & irato debita lytra patri.
 Nam IOVA sordifluū mundū complexus amoris
 Nexu, quò Natum mittat ab axe suum.

Nes

Neu pereat quisquam nigrum detrusus ad Orcū
 Illi qui fudit non dubitante fide :
 Regna sed hic vitæ capiat super axe beate,
 Conspectu viuens colloquioq₃ DEI.
 Non etenim Genitor cælo demisit ab alto
 Dilectam sobolem, qua sine nulla salus,
 Ad Stygias vndas, mundum quò trudat & Or-
 Ut fiat saluus, sed cupit ipse DEVS. (cum :

P R E C A T I O.

Non peccatoris mortem cupis alme IEHOVA :
 Ob lytra sed Nati viuere quemq₃ iubes.

F E R I A I I I . P E N T E -
C O S T E S.

I C O N X L I.

IESV CHRISTI fidelis pastoris,
 pseudopphetas refutantis, aliun-
 dè in ouile irrepentes, affirmantis
 se ostium veri ouilis esse, discipulif-
 que suis vitam æternam, & saluber-
 rima pascua promittentis. Ioh. 10.

Ad su-



*AD superas sedes quænam sit semita Christus
 Aetherei monstrat Natus ab axe patris.
 Qui nouit plures venturos falsa docentes,
 Quæis non sit cura semita trita poli.
 Ergo ne graderentur æter quod ducit ad vndas
 Lethæasq; domos, trux homicida Satan.
 Discipulos monet hîc pastor, ne præda petita
 Sint rapidoq; lupo, sint Stygioq; cani.
 Nam qui non foribus reseratis ostia pandens
 Intrat ouile latens, clam latebrasq; subit.
 Fur est atq; latro, dispergit ob idq; bidentes
 Pastor is est quoniam non aliunde venit :*

Eius

*Eius & hinc norunt vocem balatibus agni:
Hunc non sectantur, qui peregrinus adest.
Ianua sum ducens ad omnia nota videntes,
Intrat & hinc per me pascua laeta capit.*

P R E C A T I O.

*Pabula des vite, sub te pastore, beata:
Tu me Christe regas, sim tua semper ovis.*



FESTO DIE SANCTAE
ET INDIVIDVAE
Trinitatis.

I C O N X L I I.

I E S V C H R I S T I, Dei optimi maxi-
mi oratoris, cum Nicodemo insigni
Israëliticæ gentis Doctore, de rege-
neratione & iustificatione hominis
peccatoris coram D E O, differen-
tis, ac typum de æneo serpente,
erecto in deserto à Moyse, propo-
nentis. Iohan. 3.

*Q*uis neget esse Deū, cui mūdus seruit & ather,
I O V A M principio qui quoq, sine caret.

An



*An nō demonstrant NUMEN vaga sidera cæli?
 An non id mundi machina tota probat?
 At magis id sanctæ scripturæ pagina monstrat,
 Vnicus & verus quod sit in axe DEVS.
 AÆternus Genitor nimirum Natus & almus
 Spiritus, à Nato qui quoq; Patre venit.
 Numinis ast per se minimè diuina voluntas
 Noscitur, hîc ratio nil valet, artis opus.
 Nicoademus id ostendit Phariseus apertè,
 Quid vetus hic nescit, quidûe renatus homo.
 Pluribus hinc verbis cum Christo disputat ipse,
 Qualiter ac hæc sint percipienda docet.*

Sidera

Sidera nemo petit nisi qui descendit ab axe :

Filius ipse DEI, sidera namq; regit.

Et sicuti colubrum Moses erexit Eremo :

In cruce sic Christus luida membra leuat.


Illi, neu pereat quisquis, confidere nouit,

Viua in aetherea sed sine fine domo.

PRECATIO.

Sum tuus, & roseo reparatus sanguine uiuo :

Qui tibi nam fudit, Christe, beatus erit.



DOMINICA I. A FESTO

TRINITATIS.

ICON XLIII.

IESV CHRISTI, enumerantis parabolam Patriarchæ Abrahami, cum diuite Epulone, in Auernum detrufi, colloquentis, eidemq; ex flammis & cruciatibus liberationem abnegantis, ac Lazari felicitatem, & illius miserabilem statum in inferno, referentis. Luc. 16.

Conditio



*Conditio qualis sit in hac vitaq³ futura :
 Lazarus id pauper, Diues & iste docet.
 Cladibus est varijs obnoxia pauperis, Ecce,
 Non habet, vt possit pellere pane famem.
 Insuper vlceribus vacuum scatet vndiq³ corpus,
 Viribus exhausto nemo ministrat opem.
 Denegat huic micas Epicuri de grege Lurco,
 Sub mensa quas tunc parua catella rapit.
 Crescit & inde dolor miseri, vitamq³ relinquit
 Exhalans animam : Spiritus astra subit.
 In patris Abrami gremium deductus ab orbe
 De grege spirituum, contegit ossa solum.*

Diues

Diue
 Pa
 Pluri
 Et
 Hanc
 Ha
 Hinc
 Ve
 I nun
 Pa

Da, p
 Pe

D O

IES V
 co
 ne
 m
 te

Diues & hinc moritur nigrum detrusus ad orcū
 Passurus pœnas, quæ sine fine manent.
 Plurima nam terris percepit commoda vitæ,
 Et lautis epulis mensa referta fuit.
 Haud fruitur somno nunc is potuūe ciboq̄,
 Humor aquæ linguam labra, nec ora rigat.
 Hinc Stygijs flammis semper cruciatur in orco,
 Vermis & arrodit viscera & ignis edax.
 I nunc & discas quid sit contemnere DIVOS,
 Pauperis atq̄ statum nunc Epicure tace.

P R E C A T I O.

Da, patris Abrami gremium post fata reuisam,
 Pendens ex merito, CHRISTE benigne, tuo.


 D O M I N I C A I I. A F E -
 S T O T R I N I T A T I S.

I C O N X L I I I I.

I E S V C H R I S T I, parabolam magnæ
 cœnæ proponentis, ad quam om-
 nes D E V S opulentissimus paterfa-
 milias inuitat, quamplurimos au-
 tem inuitatos emanere commemo-
 rantis,

G

rantis,




rantis, quosdamq; compulsos accedere, significantis. Lucae 14.

*Q*uanta sit eterni bonitas super axe parentis,
 De magna cœna pulcra parabla docet.
 Tempore qui quouis ad cœnam cõuocat omnes,
 Grata quibus verbi pabula leta sacri.
 Felices, qui mox veniunt ad nuncia VERBI,
 Ab infelices quiq; venire negant.
 Hinc sese verbis excusant ecce rogati:
 Conspecturus eo prædia, primus ait.
 Alter dinde Boum curam pretendit inertem
 Aestimat hos pluris, dum modò villa placet.
 Tertius

*Tertius emansit cui Coniunx ducta placebat,
 Postponens sacri fercula lauta cibi.
 Ast tandem plures gustant hæc pabula cœna,
 A seruis pulsi, mensa referta fuit.
 Namq; dapes primi spreuerunt: Ergo reclusi
 Aedibus hi Domini: Plebs malè grata manēt.*

PRECATIO.

*Da precor ad cœna conuiuia Christe rogatus,
 Hospes sim gratus, pro bonitate tua.*



DOMINICA III. A FE-
 STO TRINITATIS.

ICON XLV.

*IESV CHRISTI, parabolam de amif-
 sa oue, & filio acolasto proponen-
 tis, qua bonitas æterni patris con-
 spicitur, peccatores resipiscentes,
 gratis suscipientis. Lucæ 15.*

*DVM peccatores, qui se peccasse fatentur
 Suscipit, hinc Nati cura fauorq; DEI.
 Murmurat indignans animo gens perfida secta,
 Cultibus externis qua modò nomen habet.*

G 2

Ergo




Ergò quò sectam reprobet declarat aperte,
 Quid velit amissa deuius error ouis.
 Hæres ingratus, decoctor quidûe bonorum
 Significet, quidnam drachma reperta, probat.
 An non pastor ouem dispersam querit vbiq,
 CHRISTVS ait, tracto postpositoq, grege?
 An non succensa mulier drachmamûe lucerna
 Querit, quæ rima fortè retenta latet?
 Sic venie promptus Natum pater axe supremus
 Suscipit, hinc vitam qui resipiscit habet.
 Et chorus angelicus gaudet, super axe trium-
 Peccator plorat si malefacta dolens. (phans,

Non

*Non etenim cælo transmittit fulmina IOVA
Mox, quoties peccat non sine labe genus.*

PRECATIO.

*Tu mihi dimittas cunctam pater optime noxam:
Hoc precor ob Nati vulnera quina tui.*



DOMINICA IIII. A FE-
STO TRINITATIS.



G 3 ICON

bat.
ge?
a
us
m-
ns,
ton



ICON XLVI.


IESV CHRISTI filij DEI, discipulos suos ab exemplo cœlestis parentis ad misericordiam adhortantis, ac quænam præcepta in contractibus obseruanda sint, perspicuè docentis. Lucæ 6.

*A*stripotens clemens Deus est & mitis in om-
Quos male seduxit deuius error Adæ. (nes,
Lampade nam Phœbi prauos illustrat eadem,
Solis splendorem mittit & ipse pijs.
Proh dolor ast homines immites esse videmus,
Vindictæ cupidos, quos male facta trabunt,
Ergò monet, ne quis fratrem dijudicet, extrâ
Iudicij fines, iustus in axe DEVS.
Hinc in contractu seruetur regula iusta,
Prædia seu vendas, illaq; rursus emas.
Ast homines sunt procliues ad turpia facta:
Alterius crimen nam citò quisq; notat.
Et sic festucam mox fratris lumine cernit,
Inhærens oculo trabs neq; visa manet.
Ergò perlustret primum sua crimina frater,
Alterius tandem turpia quæq; notet.
His exploratis, alieni criminis vltor
Desistet, nec erit criminis ipse reus.

PRE-

P R E C A T I O .

Vt fratri noxam clementi corde remittam :
Cor pronum venie da mihi summe DEVS.



DOMINICA V. A FESTO
 TRINITATIS.



I C O N X L V I I .

I E S V C H R I S T I cœlestis Oratoris,
 de nauī turbam docentis, Petrum-

G 4 que

que, qui noctu laborauerat frustra,
ad laxanda retia iubentis, illiusque
monitis, ex benedictione diuina
multitudinem piscium concluden-
tis. Lucæ 5.

Æ Quoreis vndis frustra distorta carina
Sulcat, ni Christus Nauita monstret iter.
Irritus ac labor est, conatus & irritus omnis,
Si non aspiret summus in axe DEVS.
Est locuples testis Petrus dum retia iactat
Tempore nocturno, nec fauor vllus adest.
Accidit hoc multis, dum non quæ cœpta fuerunt
Succedunt, omnis sed labor arte perit.
Quamprimum verò Petrus sua retia laxat
Ex iussu Christi, Numen ab axe fauet:
Piscibus ac multis repletur Cymba retorta,
Illius vt sudat fidus ad astra labor.
Numine sic eadem succedunt cœpta fauente
Affectata, labor prosper & omnis erit.
Hoc sine nil dextrè procedit quicquid in orbe
Aggreditur, sed mox munia cœpta ruunt.
Ergo procumbit Petrus sua crimina plorans:
Nam precibus pondus nouit inesse suis.

P R E C A T I O.

Tu mihi sis præsto, iussu dum retia pando
CHRISTE tuo: Nauis vola secunda regas.
DOMI-

DOMINICA VI. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON XLVIII.


IESV CHRISTI, discipulos suos ab exemplo DEI patris ad misericordiam & placabilitatem adhortantis, & contra pharisaicam iusticiam legis vigorem enarrantis, ac contra violentiam priuatæ vindictæ quintum præceptum Decalogi explicantis.

G S Quid

*Q*uid lex à nobis, vel quid doctrina requirat
 Cœlestis, CHRISTI regula firma docet.
 Iustitia legis nullus sit iustus in axe,
 Sed merito CHRISTI vita beata datur.
 Hos igitur cultus damnat Christusq; refutat
 Et Phariseorum somnia vana terit.
 Quæ verò legis sit vis ostendit auitæ
 Quinti præcepti, sensa profunda docens.
 Quatuor atq; gradus cædis designat iniquæ:
 Primus vim gladij denotat atq; manus.
 Irarum stimulos alter comprehendit acutos:
 Voces horrendas tertius inde notat.
 Quartus probra tenet, cū quæis proscindit amici
 Famam, quæ vita carior esse solet.
 Ergò dum tempus veniæ, properemus ad aram,
 Ne nos apprendat iudicis ira DEI.
 Et nos immites Stygias detrudat in vndas,
 Ex his namq; gradum non reuocare datur.

P R E C A T I O.

Vt pater æternus nobis peccata remittit:
 Sic veniæ promptus sim quoq; Christe precor.



DOMINICA VII. A FE-
 STO TRINITATIS.

Icon



ICON XLIX.

IESU CHRISTI, omnium creatura-
rum conseruatoris, in Eremito quatu-
or millia hominū, septem panibus,
& paucis pisciculis, pascentis, colle-
ctis septem sportis fragmentorum,
ardoremq; audiendi cœlestem do-
ctrinam, ampla remuneratione,
compensantis. Marci 8.


*Qui pascit volucres, pisces qui nutrit in vndis,
Cum brutis omnes syluicolasq; feras,*

Filius

*Filius ipse DEI summo qui praesidet axi,
 Cum patre, cum Flatu, cuncta creata regens.
 Non homines pascit, qui vestit lilia campi?
 Qui violis decorat prataq₃ flore solum?
 Eius & hinc bonitas apparet vndiq₃ terris,
 Cum referat quævis herbula nata DEVM.
 Præterea maior bonitas elucet in ipso,
 Hic nam de potu prospicit atq₃ cibo.
 Panibus atq₃ viros saturat, res mira videri
 Quod possit, quorum mille fuere quater.
 Et fragmentorum septem legere canistros
 Panibus ex paucis, plus reliquumq₃ fuit.
 Omnes nam pascit benedictio sancta supernè,
 Qua sine nil labor est, vanus & omnis homo.*

P R E C A T I O .

*Omni qui carni das escam Christe salubrem,
 Des potum: Satures corpus & ossa cibo.*



DOMINICA VIII. A FE-
 STO TRINITATIS.

I C O N L.

*IESV CHRISTI, discipulos suos vt
 à falsis doctoribus sibi caueant, ad-
 hortan-*



hortantis, quorum vita & doctrina ex fructibus cognosci debet, similitudinemque ac naturam bonæ & viciôsæ arboris, graphicè proponentis. Matth. 7.

*Q*ua ratione, monet Christus, vitare queamus,
 Quoûe probare modo, qui modò ficta docent.
 Os veri siquidem, cui curæ est dogma parentis,
 Exactè nouit pectora pressa dolis.
 Venturosq; docet plures sub tegmine veri,
 Queis placeant licitis ficta referre modis.


Balantum

IIO LIBER I.

*Balantum qui pelle solent abscondere mentem,
Qua latet & recubat spumiger ecce lupus.
Ergo doctrinam iubet explorare docentum,
Ex qua sit Verbi vis manifesta sacri.
Nam bona fert arbor meliores stipite fructus:
Fructibus his semper sed viciosa caret.
De tribulis etenim poterit quis tollere ficus?
Hinc vuas nemo de vepribusq; legit.
Tradere sic poterit nec sacri dogmata VERBI
Præco pro veris qui modò ficta docent.
Ast veluti flammis putris tunc traditur arbor:
Sic excludatur, somnia vana serens.*

PRECATIO.

*Da fructus vt ferre queam quoq; labe carentes,
Arbor & vt bona sim prospice summe Deus.*



DOMINICA IX. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON LI.

I E S V C H R I S T I, magni consilij
oratoris, parabolam iniqui dispen-
fatoris, discipulis suis proponentis,
ac prudentiam in eadem filiorum
huius



huius seculi, contra verò simplicitatem filiorum lucis in natione sua graphicè depingentis. Lucae 16.

*Cum malè distribuit bona dispensator iniquus,
 Quae Domini fuerant tradita cuncta manu.
 Accersitus adest, ut sermoueat ab ipso
 Officio, quoniam fraus manifesta patet.
 Callidus interea technas effingit inanes
 Prodigus, & Dominum decipit ipse suum.
 Aeris & hinc magnam condonat (crimine falsi)
 Summam, qua tantum pectora prompta paret.
 Ac sibi prospexit, dum duros forte labores
 Tractare haud possit, fraude nec arte carens.
 Maiori*

Maiori siquidem pollet virtute propago
 In mundo degens (Christus vt ipse refert.)
 Quàm proles verbi cœlestis lampade creta,
 Oeconomi veluti nos typus, ista docet.
 Ex gazis igitur malè partis quisq; parabit
 Pectora prona sibi, dum caret inde bonis.
 Dum sic cogetur rationem reddere tandem:
 Tempore, quo veniet Natus, in axe, DEI.

P R E C A T I O.

Oeconomus da sim fidus, super axe Monarcha:
 Vt sic consistam iudicis ante thronum.


 DOMINICA X. A FESTO
 TRINITATIS.

I C O N L I I.

I E S V C H R I S T I promissi Mes-
 siæ in urbem Hierosolymam ingre-
 dientis, & obortis lacrymis mise-
 rabilem obsidionem & interitum,
 eiusdemque totius politiæ Iudaicæ
 deuastationē, annunciantis. Luc. 16.

Applausit



*Applausit postquam Christo Iudaica pubes :
 Depromens varijs cantica leta sonis.
 Tristia mox plorat Solymææ funera Gentis ,
 Ingressus muros plebs recutita tuos.
 Nam cito duritiem perspexit gentis iniqua,
 Cordaq; brumali frigidiora gelu.
 Gens male grata, refert, posses si cernere fatum,
 Munia nunc pacis quam tibi grata forent:
 Certè venturas clades & bella caueres :
 Immemor en fati quid iuuat esse tui ?
 Proh dolor astant oculis sunt hæc abscondita cæcis,
 Hostis dum muros diruet ipse ferox.*

H

Ergo

*Ergò qui lacrymis Christi resipiscere non vult:
Cor gerit asperius quàm glaciale gelu.
Illius haud lacryma poterūt Acherontis in vndis
Extingui, quibus hac impia turba perit.*

P R E C A T I O .

*His lacrymis etiam Christi resipiscere discam:
Viuere conuersum, nam pie Christe, cupis.*



DOMINICA XI. A FE-
STO TRINITATIS.



Icon

I E S V CHRISTI, de Phariseo & publicano in templo orantibus parabolam commemorantis, quorum hic proprijs suis meritis & sanctimonix vitæ, nitens, reijcitur, ille verò, deplorans peccata sua, ac ad misericordiam **D E I** confugiens, exauditur, & coram **D E O** iustus reputatur. Lucæ 19.

Pectore contrito sua qui peccata fatentur:

Illis condonat crimina cuncta **D E V S**.

Neue quis addubitet scopus hic finisq; parabla

Filius allegat quam docet ipse **D E I**.

Primum sed celebrat summam Phariseus ad arã

Vitam, quæ nulla labe referta, suam.

Quod neq; sit veluti polluti crimine plures,

Quòd neq; sit raptor, sit nec adulter iners.

Quorum vita scatet manifesta labe, Telonus

Est veluti presens, cui modò lucra placent.

Publicus interea peccator crimina plorat,

Agnosens quod sit labis & ipse reus.

Erigit haud oculos ad cælum, conscia tundens

Pectora, propitius sis mihi **I O V A**, refert.

Ergò iustus abit, sua dum delicta fatetur:

Haud etenim gaudet perditione **D E V S**.

*Ast verò tumidus Pharisæus crimine plenus,
Exclusus cælo, Tartara nigra petit.*

P R E C A T I O .

*Delicti veniam gratis concede, Telonus
Quam petit ex animo Christe benigne peto.*



DOMINICA XII. A FE-
STO TRINITATIS.




Icon

I E S V CHRISTI supremi medici,
 surdum impeditæq; linguæ homi-
 nem curantis, & morbos omnium
 calamitatum causam ipsum pecca-
 tum, & tyrannidem diaboli destru-
 entis & abolentis. Marci 7.

IN surdo nobis depingitur apta parabla
 Humani generis, crimine quodq; scatet:
 Et Satana vires, à quo seducitur illud
 Auersum, propter crimina fontis Adæ.
 Est quoniã Satana super hoc commissa potestas:
 Auribus hinc clausis, lumina cœca facit.
 Efficit & mutos homines, ne dogmata **VERBI**
 Percipiant surdi, quo sine nulla salus.
 Neue Deum possint extollere, qui regit astra,
 Ad quas est laudes conditus omnis homo.
 Sunt verò causa tantorum nempè malorum
 Morborumq; simul, lapsus apertus **AD Æ**.
 Nam si non peccasset homo, tunc corpora nostra
 Sana forent, quæ nunc morte soluta cadunt.
 Ut verò reparet genus hoc in crimina lapsum,
 Christus adest medicus vulnera nostra ligat.
 Restituit surdis auditum, vincula lingua
 Soluit, & vt vigeant corpora nostra, facit.

*Qui curas hominum defectus, redde loquelam,
Et soluas lingue vincula CHRISTE mea.*



DOMINICA XIII. A FE-
STO TRINITATIS.



ICON LV.

IESV CHRISTI cœlestis Samaritani,
felicitem & prærogatiuam
discipu-

discipulorum prædicantis, ac parabolam hominis cuiusdam ab Hierosolymis in Hiericho iter facientis, ibidemq; inflictis vulneribus in latrones incidentis, atq; semimortui relictis, commemorantis. Lu. 10.

*Quæ facienda sibi Phariseus ut ipse requirit
CHRISTVM, quò rutilū sidus adire queat.*

*Pluribus exponens contraria verba profatur,
Proximus & quis sit, Natus ab axe DEI.*

*E Iericho quidam Solymam digressus ab vrbe,
Ille viator erat Demone læsus homo.*

*Fertilis est Iericho paradifus & hortus amœnus,
Quo rapit heu cupida poma negata manu.*

*Præterit immitis cæsum tunc ipse Sacerdos:
Et Leuita subit nonq; ministrat opem.*

*At Samarita ligat percussi vulneris ictus,
Infundens oleum, vinaq; , vectus equo.*

*Est Samarita DEI Natus, qui suscipit vltro
Hunc hominem læsum, fert miseratus opem.*

*A quo susceptus sacras perducitur ades
Hospitium gratum, quo sine nulla salus.*

PRECATIO.

*Infundas oleum pariter viniq; liquorem
Vulneribus crudis, maxime Christe, meis.*

H 4

DOMI

DOMINICA XIII. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON LVI.

IESV CHRISTI filij DEI transeuntis
per mediam Samariam decem le-
profos mundantis, ac vnus saltem
Samaritani gratitudinem appro-
bantis, reliquosque ingratos haud
reuertentes, vt darent laudem Deo,
reijcientis. Lucæ 17.

Primæ

*P*rimæui typus est peccati, lepra maligna,
 Ex quo cæu rino crimina cuncta fluunt.
 Est præternaturalis viciosus & humor
 Hæc quoniam labes, transuione nocens.
 Sic id peccatum promanat scipite prauo,
 Hanc ad naturam, quæ sine labe fuit.
 Occupat hinc veluti non vnum corpore membrū
 Hæc labes, pariter cætera membra trahit.
 Sic hominem totum peruasit crimen idipsum
 A capite ad calces, crimine namq; scatent.
 Hæc etiam referunt obnoxia corpora lepræ,
 A Nato summi purificata DEI.
 Exhibet aſt vnus grates Samarita reuerſus,
 Et laudes magno concinit ipſe DEO.
 Ingratosq; nouem Stygias detrudit in vndas
 Pro meritis pœnas vt sine fine luant.
 Ergò ſis gratus ſummo ſuper axe parenti,
 Vt gentilis erat dum fugit ipſa lues.

P R E C A T I O .

Da tibi ſim gratus, fuit vt Samarita reuertens,
 Abſterſus nam ſum ſanguine Chriſte tuo.



DOMINICA XV. A FE-
 STO TRINITATIS.

H 5 ICON



ICON LVII.

IESV CHRISTI omnium creatura-
rum conseruatoris, discipulos suos
de vitanda impia sollicitudine, seu
diffidentia in parandis huius vitæ
necessarijs, dehortantis, eosdem-
que ne succumbant in ærumnis, ad
volatilia cœli, & lilia campi, dedu-
centis. Matth. 6.

A quo

A quo nos vitæ primordia ducimus omnes,
 Ille DEVS cuius numine cuncta vigent,
 Iniungit nobis primum quæ munia vitæ,
 Felici semper sint peragenda modo.
 Prospera sunt autem labor hic si tendit ad astra,
 Ac ipsi victus cura gerenda datur.
 Afferit hoc confert Stygium dum Numine Plutū:
 Disparibus dominis nemo placere potest.
 Afferit hoc animum fragili dum corpore confert:
 An non sunt plures membra caduca cibo?
 Ad volucres igitur cæli nos ipse Creator
 Deducit, pastæ quæ per mane volant.
 Hinc nos deducit spaciosi ad lilia campi,
 Hæc veluti crescant nos Sator ipse docet.
 Regalem quoniam superant Salomonis amictū,
 Quid referam flores, puniceasq; rosas?
 Ergo si vestit gramen, si lilia cana:
 Nos pascet iuvenes, nutriet ille senes.
 Ventura vigilans procul absit cura diei:
 Crastina fert clades, fert hodierna dies.

P R E C A T I O.

Vt sacra percipiam cælestis dogmata VERBI
 Præ reliquis rebus, me rege Chryste precor.



DOMI-

DOMINICA XVI. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON LVIII.

IESV CHRISTI, summi pontificis, adolescentem filium viduæ, cum ad sepulturam efferebatur, excitantis, eumque rediuiuum exanimi matri restituentis, ac eo miraculo declarantis, se verè humanis ærumnis ac calamitatibus affici, similiq; modo, nouissimo die corpora nostra resuscitaturum, affirmantis. Lucæ 7.

In Na-

IN Nato Viduae, moritur qui flore iuuenta,
 Cui minime parcat mortis auara manus,
 Illius & genitrice simul, quae funera plorat,
 Ponitur heu vitae, non sine clade, typus.
 Pluribus aerumnis nam subiacet atq; periclis:
 Inde breui natus tempore viuit homo.
 Nascentes morimur, finem concludit & ortus,
 Sic natum viduae mors truculenta necat.
 Qui mediae vitae nondum compleuerat annos,
 Flosculus, heu, veluti falce resectus obit.
 Effertur sed dum funus lacrymabile planctu,
 Vnum quem luget mater amata, dolens.
 Hanc vbi perspexit Christus solatur amice,
 Abstergas lacrymas foemina moesta, refert.
 Accedens loculum tangit, iuuenemq; reducit,
 A nece depressum, membra vigorq; tenet.
 Sic olim tumulis putrefacta cadauera Christus
 Producet, summo glorificanda die.

P R E C A T I O.

Qui viduae caram reuocas ex funere Natum:
 Extremo reuoces me, pie CHRISTE, die.



DOMINICA XVII. A FE-
 S T O T R I N I T A T I S.

Icon

...cis,
 ...ad
 ...tis,
 ...atri
 ...la-
 ...s ac
 ...do,
 ...fu-
 ...
 ...Na-





ICON LIX.

IESV CHRISTI supremi medici
 in æde Pharisæi accumbentis, ibi-
 demq; hominem hydropicum cu-
 rantis, obiectioni propositæ, Num
 Sabbato sanare liceat, sumta simili-
 tudine à boue & asino in puteum
 incidentis, ad contraria ijsdem, re-
 spondentis. Lucæ 14.

*Accumbens Christus Pharisæi tecta subiuit,
 Ut caperet sapidæ feracula lauta cibi.*

Adsitit

*Adstitit ad mensam venter cui turget ab vnda,
Sanari cupiens, & petit eius opem.*

*Expetit idcirco cum sit lux Sabbata Christus,
Num quoq; fas medicas applicuisse manus.*

*Obticuit vero Pharisaica factio, tandem
Sed Christus miseri languida membra leuat.*

*Vt probet ast quæ sint per Sabbata facta gereda,
Et quæ non pugnent asserit atq; docet.*

*Quis vestrum, quero, si bos aut tardus asellus
In puteum lapsus, non remorante pede:*

*Funibus an non admotis effertur ab vndis?
An violat solers Sabbata sancta labor?*


*Si bos extrahitur, si brutum, Doctor in arte
Pœonia, morbos pellere rite potest.*

*Ac opus haud pugnat cum festo, res probat ipsa,
Quatenus extendat pluribus inde probat.*

*Septima lux laudem summo super axe Tonanti
Designet, manuum cesset ob idq; labor.*

PRECATIO.

*Qui se demittit DEVS hunc extollit in altum:
Vt sim submissus, cor rege Christe meum.*



DOMINICA XVIII. A FE-
STO TRINITATIS.

Icon



ICON LX.

IESV CHRISTI, Sadducæos, qui mortuorum resurrectionem negabant, refutantis, ad quæstionem-que Pharisei de magno mandato respondentis, contra verò de persona Messiaë, quòd non solum is sit Daudis, sed DEI Patris æterni filius, manifestè differentis ac colloquentis. Matth. 22.

Cum

Cum
O
Acce
M
Chri
P
His v
Q
Flag
E
Ast h
N
Præc
Q
Hau
H
Illis p
Q
Ergo
N
Hum
Q
Nec
T
Null
E

*Cum Sadducæis, Christus, qui corpora letho
Os obturasset, posse redire negant.*

*Accessit quidam Doctor, perquirere legis
Magni mandati fixa statuta volens.*

*Christus ad hæc: tibi sit cura dilectio IOVÆ
Præ reliquis rebus, corde profecta pio.*

*His verò verbis Christus declarat apertè
Quæ vis sit legis, normaq; recta sacra.*

*Flagitat hæc quoniam perfectæ fœdera mentis,
Et vires animæ, quæ sine labe foret.*

*Est hominis vicio primo sordida prorsus
Natura existit: Nemo negare potest.*

*Præcepti referam quid vires voce secundi,
Quo fratris verus commemoratur amor?*

*Haud fictus qui sit, veniens ex pectore toto,
Hunc sed lex summi flagitat ipsa DEI.*

*Illis præceptis pendent lex atq; Propheta,
Quæ nemo terris voluere ritè potest.*

*Ergò de CHRISTO quæ sit sententia querit:
Naturam posset qui reparare lytro.*

*Hunc sed Davidis statuunt de sanguine cœtum:
Quid lex haud norunt, legis & ipse vigor.*

*Nec quid sit Christus summi patris vnicus heres:
Tantus inest error mentibus atq; dolus.*

PRÆCATIO.

Nulla salus Mosi nobis ex lege petenda:

Ergò tuis meritis me pie CHRISTE bees.

I DOMI-

DOMINICA XIX. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON LXI.

IESV CHRISTI filij DEI exhibitū
Messiæ, hominem paralyticum, ex-
plorata ipsius fide, sanantis, eo-
demque miraculo, potentiam, &
bonitatem erga omnes afflictos de-
clarantis, ac Scribas blasphemantes,
firmis argumentis, refutantis.
Matthæi 9.

Non

No
Ex
Sed ca
Om
Sic cu
Qu
Namo
De
Ergo
To
Est h
To
Inde
Ill
Hum
Cu

Qui
In


ES

D

*Non curat saltem morbos, ac Demonas ipse
 Expellit Natus, voce potente, DEI:
 Sed causam morbi, peccatum scilicet, addit,
 Omnis quod terris fons & origo mali.
 Sic curat miserum resolutis artubus agrum,
 Qui typus est hominū quot quot in orbe vides.
 Namq; quid est aliud genus id, nisi massa pudēda
 Delicti, vicijs pluribus inde sciatet.
 Ergo refert, fili, tua sunt peccata remissa,
 Tolle tuum lectum: Morbida membra vigēt.
 Est hominis siquidem Nato concessa potestas
 Tollere nunc morbos, vis manifesta patet.
 Inde domū portat sua stragula: Turba recenset
 Illud miraculum, prædicat atq; DEVM,
 Humano generi quod talia dona dedisset:
 Cui sit in æternos gratia, lausq; dies.*

P R E C A T I O.

*Qui curas hominum morbos, & crimina deles,
 Iustifices lytro me, pie CHRISTE, tuo.*



DOMINICA XX. A FE-
 STO TRINITATIS.

I 2 Icon



I C O N L X I I .

I E S U C H R I S T I filij D E I, parabola de Rege faciente filio nuptias, proponentis: plerosque autem inuitatos posthabitis regalibus epulis emanfisse, quosdam compulso a seruis nuptijs interfuisse: ingratos verò succensa vrbe, & supplicio affectos fuisse, commemorantis. Matth. 22.


*A*Rdens vt verbi studium Deus excitet vltro
In nobis sancti, quo sine nulla salus,

Vtitur

Utitur ipse typo pariter super omnia pulcro,
 De Sponso ducto, Compare deq³ noua.
 Non aliter VERBI factores diligit ipse,
 Ut Sponsus Sponsam, quæ modo iuncta sibi.
 Ad tædas plures nam dum Rex conuocat ipse
 Per seruos fidos: Emanet hospes iners.
 Plures ast regis contemnunt fercula lauta:
 Hic villam præfert, ille domumq³ suam.
 Plures occidunt seruos: hinc motus ad iram
 Urbis succendit tecta necatq³ viros.
 Edicto Regis sed tandem plurimus hospes
 Ad tædas intrat limina nota petens.
 Et dum perlustrat conuiuas Rex pius omnes,
 Vidit cui vestis sordida prorsus erat.
 Eiectumq³ domo tenebris hunc destinat Orci,
 Hic vbi ploratus stridor & horror erit.
 Sic tales pœnas prædicit Numinis ira,
 Qui Verbi spernunt fixa statuta sacri.

P R E C A T I O.

Ut nati tædis intersim veste decenti,
 Haud spernamq³ dapés, da precor, alme Deus.



DOMINICA XXI. A FE-
 STO TRINITATIS.

I 3 Icon



ICON LXIII.

IESU CHRISTI, cœlestis Archiatri,
 filium Reguli, & Herodis Satrapæ,
 à febre leuantis, Reguliq̃ue infir-
 mam fidem, ex singulari & maxima
 bonitate, haud reijcientis. Ioh. 4.


*Hic iuuenis Satrapæ moribūdo corpore Natus,
 Est fragilis vitæ, dum manet ipsa, typus.
 Nam terris agit his animam dum viuit et extat,
 Nascitur & moritur, vita repente cadit.*

Est

Est hominis verò lapsus violentus ADAMI
 In causa fugiens quòd citò vita perit.
 Id miserè plorat vir plenus numine Moses :
 Quis terris quem non mors truculenta necet?
 An non primus homo, Rex David, Filius eius,
 Et fortis Simson, IOSVA morte ruunt?
 Quid referamq; viros plures ex gente vetusta?
 Est vbi nunc Hector, dic mihi? Et ille fuit.
 Magnus Alexander, qui mundū Marte subegit,
 An'ne fuit? Satrapæ filius ipse? FUIT.
 Hic sed eum Christus languentē sanat, & ipsum
 Reddidit (vt cessit febris anhela) patri.
 Regulus exquirat tempus quo filius ager
 Conualuisset, ibi languida membra leuans :
 Sed fuit hora, sibi qua dixit septima Christus
 Nunc soboles viuunt, limina nota subit.

P R E C A T I O.

Qui Satrapæ sanas sub limine mortis alumnum,
 Viuifices VERBO me pie CHRISTE tuo.



DOMINICA XXII. A FE-
 STO TRINITATIS.

I 4

Icon



ICON LXIII.


IESV CHRISTI filij DEI parabolam de debitore immisericorde, cui rex ex mera gratia decem millia talentorum condonasset, contra verò erga conseruum, cui centum denarios remittere noluit, se immittem exhibente, proponentis. Matthæi 18.

*Hic Rex qui Regū Dominus, fortisq₃ Monar-
Princeps atq₃ Ducum (ceu typus iste docet)
Exiget*

Exiget à quouis rationem tempore certo
 De rebus tandem, quas DEVS ipse dedit.
 Huic necis ac vitæ siquidem concessa potestas
 In cunctos, generat quos viciosus homo.
 Omnibus ac varias artes impertit ab axe,
 Quas vnus reparat Spiritus ecce sacer.
 His autem donis iubet vti pectore cauto,
 Ipsius ad laudem, fratris itemq; bonum.
 Diuitias huic impertit populiq; fauorem,
 Collocat huic regni sceptrâ superba DEVS.
 Huic caput extollit, sinuosa volumina iuris
 Rimetur, quando Bartolus atq; fauet.
 Ast huic largitur diuini dogmata VERBI,
 Vt fiat celebris voce sonante DEI. (rum,
 Quid referam, quibus extollit caput arte Sopho-
 Dumq; Machaonia nomina magna ferunt.
 Ergo nunc donis sic vttere, nam propè tempus
 Est, quo venturus Natus ab axe DEI.
 Et cum soluendo non sis, DEVS ipse talentum
 Exiget, hinc veniam voce gemente roges.

P R E C A T I O.

Aeris soluendi cum non sit copia maior:
 Delicti veniam, maxime Christe, precor.



DOMINICA XXIII. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON LXV.


IESU CHRISTI filij DEI scrutatoris cordium, ad malitiosam & subdolam Phariseorum quaestionem: Sitne census Caesari dandus, an non? probabiliter respondentis, ac contraria sibi proposita refutantis. Matth. 22.

Aduersus

*A*Duersus Christum veluti Pharisæica secta
 Retia densa struit, consiliumq; capit,
 Illius vt possit diuellere dogmata verbis,
 Pluribus aut technis, retibus atq; dolis:
 Magnanimo sic inuicta quoq; mente Luthero,
 Vrbi tradenti dogmata Leucoridi,
 Restitit hic Præsul Latius, quem voce refutat,
 Sed verum reparat religionis opus.
 Nititur hinc frustra quò possit dogma Lutheri
 Mox extirpari, Præsulis ipsa cohors.
 Sic fraus haud technæ Dominū, qui præsidet axi,
 Illaqueare queunt, nec valet artis opus.
 Nam dū discipuli quærunt: Num soluere fas sit
 Romanum censum, siue tenere probet?
 Diluit hæc prorsus, contraria voce reuellens
 Christus, quem terris fallere nemo potest.
 Ergò Cæsaribus quæ Cæsaris esse sciatis
 Reddite, quæ summo sunt quoq; danda Deo.
 Imperium Cæsar teneat, data sceptrâ gubernet,
 Atq; suo reddat persoluenda DEO.

P R E C A T I O.

Quæ Cæsar terris, quæ cælo poscit ab alto
 Ipse Deus, reddam, cor mihi Christe regas.



D O M I-

DOMINICA XXIII. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON LXVI.

I E S U C H R I S T I, medici cœlestis,
mulierem, quæ duodecim annos
profluvio sanguinis laborauerat,
curantis, & filiolum Iairi Archify-
nagogi resuscitantis, ac specimen
futuræ resurrectionis his miracu-
lis declarantis. Matth. 9.


Vt mu-

UT mulier, quæ bis senos protraxerat annos
 Sanguinis ex fluxu, libera facta valet,
 Oram dum Christi tetigit modo vestis ibidem,
 Siccatur fœdus sanguinis ille fluor:
 Sic etiam nos à morbis vitæq; periculis
 Eripiet Christus: namq; iuuare potest.
 Præcipue superest vbi spes haud viua salutis,
 Fœmina sic medici nec quoq; sensit opem,
 Omnia sed frustra consumserat arte medendi,
 Sed magis atq; magis languida facta gemit:
 Non aliter nobis vires tunc suggeret ipse
 Christus, dum medici cura laborq; perit.
 Ac ceu Primatis reuocat, quæ funere mersa,
 Natam, quæ fuerat cara propago patris:
 Sic nos ex terræ reuocabit puluere Christus,
 Vltima cum terris fulserit illa dies.
 Ut verò Christum deridet turba profana,
 Dum dicit, soboles victa sopore cubat:
 Sadduceæ cohors, ratio, sic dogmata ridet
 De vita carnis, quæ super axe manet.
 Sadduceæ tace, consors Epicure, Sophista,
 Quis corpus tumulo posse redire negas.

P R E C A T I O.

Lazaron vt sobolem Viduæ, Natamq; Iairi
 Christe vocas, tumulo me reuocare velis.

D O M I-



DOMINICA XXV. A FE-
STO TRINITATIS.



ICON LXVII.

IESV CHRISTI filij DEI vrbis
Hierosolymæ, & deuastationem &
interitum totius regni Iudaici, præ-
dicentis, eandemq; cum signis ex-
tremum iudicium præcessuris, con-
ferentis. Matth. 24.

Qua

*Q*uæ sunt excidium Solymæ, cladesq; supremas
 Præcessura, DEI natus ab axe refert.
 Utraq; coniungens nunc tempora, pluraq; signa
 Cum sint euentus tunc habitura pares.
 Interitum veluti Solymorum bella cruenta
 Tunc portendebant, pestis & atra fames:
 Insuper ac diri flagrantes crime Cometa,
 Idolum vastans, hæresis atq; dolus:
 Pluraq; Iosephus pertexit, pluraq; Christus
 Prædixit lacrymis, res manifesta probat:
 Sic eadem finem mundi quoq; signa supremi
 Præcedent, clades, bella, rapina, fames.
 Talis eritq; status miserabilis vndiq; terris,
 Qualem viderunt secula nulla prius.
 Ac nisi tunc fatum clades abrumperet istas,
 Vix fieret saluus crimine pressus homo.
 Assurgent etenim quibus haud doctrina placebit
 Diuini VERBI, pluraq; signa dabunt.
 Illis sed minimè credetis: Nam velut ortu
 Prorumpit fulgor, vergit, & ima petit:
 Sic illucescet cælo lux illa diei
 Extremi, Felix præuia signa notans.

P R E C A T I O.

Voluere quò possim prænuncia signa diei
 Ventura, mentem tu rege CHRISTE meã.

DOMI-

DOMINICA XXVI. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON LXVIII.

IESV CHRISTI, iusti iudicis im-
minentis iudicij extremi diem, &
formam eiusdem vaticinantis, pijs-
que æternæ vitæ præmia promit-
tentis, impijs verò ac fœtidis hir-
cis æternos cruciatus, in ghen-
næ incendio, miserabiliter annun-
ciantis. Matth. 25.

Iudicium

*J*udicium verè restat post fata suprema :
 Id probat hoc textu Filius ipse DEI.
 Id probat & Salomon quo non sapientior alter
 Huius dum mundi plurima vana refert.
 Quo poterit nemo viciosi pectoris acta
 Occultare reus, nec malefacta die.
 Væ prauis igitur, si non perpendere tentant :
 Proh dolor, hæc si non saxea corda mouent.
 Nam ratio reddenda tibi sub iudice Christo
 Istis de rebus, nec latuisse potes.
 Horribilis sed erit prorsus LVX illa malignis :
 Omnibus atq; feret gaudia certa pijs.
 Absterget quoniam lacrymas de lumine iusti,
 Hunc iudex Christus sistet & ante thronum.
 A dextris & oues statuet, quò premia vitæ
 Acquirant, summo quæ super axe manet.
 Ad leuam sistet prauos, hircosq; petulcos,
 Premia pro meritis, vt quoq; digna ferant.
 Ergò seposita discas resipiscere labe,
 Dumq; fores veniæ nocte dieq; patent.
 Ne te securum comprehendat iudicis ira,
 Ac te Tartaræ trudat ad ima domus.

P R E C A T I O.

Cùm me iudicij, suprema luce, citabis :
 Ad dextram cælo des mihi Christe locum.

K DOMI-

DOMINICA XXVII. A FE-
STO TRINITATIS.

ICON LXIX.

IESV CHRISTI, æterni Patris filij,
iudicis viuentium ac mortuorum,
nouissimum diem prædicentis, ac
eundem cum temporibus diluuij,
& diebus Patriarchæ Nohæ, confe-
rentis. Matthæ. 24.

Maxima

Maxima pars hominū decepta cupidine ter-
 Haud credit vitam, iudiciūq; fore. (vis,
 Horrida cōmonstrant hoc crimina, vita nefanda,
 Queis se conspurcat, Numen vt esse negent.
 Psalmographus vates verbis nam cōprobat ipse,
 Haud cælo DEVS est impius omnis, ait.
 Ergò quò Christus propellat corde veternum,
 Præmunit contra damna futura pios.
 Diluuij; docet quæ præcessere ruinam
 Plurima cōmemorat, queis sit habenda fides.
 Hanc cladem verò præcessit fœda libido,
 Illicitusq; torus, concubitusq; vagus.
 Iudicium sic præcedent quamplurima signa,
 Quæ præcesserunt Deucalionis aquas.
 Ergò cum vigeant nunc plurima facta nefanda
 Nostris temporibus, crapula, blanda Venus.
 Despectus VERBI sceleratus & ardor habendi,
 Quis dubitet summum non procul esse diem.
 Diruta Troia iacet, Solymorum mœnia strata,
 Et primus mundus flumine mersus obit.
 Approperat tēpus quo mundus in igne flagrabit,
 Ac veniet Christus, iudiciūq; feret.

P R E C A T I O .

Da DEVS vt memori possimus voluere mente
 Vltima fata simul, iudicij; diem.

K 2

Et te-

Et tecum celeri cursu rapiamur in astra:

*Grata sit à dextris mansio CHRISTE tuis.
Sancte pater tibi sit laus, Fili, Spiritus alme,
Nunc et in æternum, laus tibi summe DEVS,
A M E N.*

FINIS SECUNDI
LIBRI.



LIBER



LIBER TER-
TIVS,

COMPLECTENS
DOCTRINARVM PIARVM,
sive textus explanationem at-
que ἀνακεφαλαίωσιν perdiscendam
literariæ iuventuti, ex Euan-
gelijs festorum die-
rum.



K 3 F E S T O

FESTO DIE AN-
DREAE APOSTOLI.



ICON LXX.

IESV CHRISTI, filij DEI, iuxta
mare Galilææ ambulantis, Simo-
nem Petrum & Andream frâtres,
in mare retia iacentes, cum alijs
duobus.

duobus fratribus Jacobo & Iohanne, ad se vocantis, & eos ad pisces hominum creantis. Matthæi 4. cap.

*P*erlustrat Christus Galilæi littoris undas :
 Quo piscatores retia laxa trahunt.
Scilicet Andreas, frater cognomine Petrus :
 Quos ut perspexit, voce sonante vocat.
A patre consueti captos educere pisces,
 Quæis victum reparant ac alimenta sibi.
Retia non fas est, inquit, tractare sub undis
 Ulterius, sed vos ad mea cœpta voco.
Nam vobis nunc ductor ero, quæis retibus inde
 Mortales possint ad mea regna trahi.
Per sancti siquidem capietis dogmata verbi
 Deceptos tacita fraude parentis A D Æ.
Ultrâ progrediens alios perspexit in undis
 Fratres, ad VERBI munia sancta vocans.
Confestimq; patrem relinquunt & retia sarta :
 Posthabita cymba, posthabuocq; mari.

P R E C A T I O.

Vt tua verba sequar, relinquens cum retibus æquor
 Exemplo Petri, cor rege Christe meum.

FESTO DIE THOMAE
APOSTOLI.

ICON LXXI.


IESU CHRISTI, tertio die à morte resurgentis, Thomæ Didymo octauo die post resurrectionem apparentis, & vestigia clauorum conrectanda præbentis, ac eundem indubitata fide præditum, ad constantiam adhortantis. Iohan. 2.

Cum

CVM Dux orcisragus deuiçta morte redisset
 Ex tumulo CHRISTVS, lata trophœa fe-
 Apparet socijsq; metum depellit inanem: (rens.
 Illorum numero non fuit aſt Didymus.
 Ad quem de Christo rediniuo fama relata,
 Non autem dictis exhibet ipse fidem.
 Affirmans penitus verbis se credere nolle
 Ni tangat digitis vulnera fixa manu.
 Lux octava micat depulſis ecce tenebris,
 Stigmata qua Thomæ porrigit atq; latus.
 Permotus bonitate DEI mox credit, & inquit:
 Deuictor mortis, sis meus ipse DEVS.
 Prædicat hinc Thomam vitæ Dux eſſe beatum
 Quod credat, quæ ſint viſa, relata ſimul.
 Ex quo perſpicitur typus & bonitatis imago,
 Summi qui torquet ſidera clara patris.
 Qui peccatores conuerſos ſuſcipit vltro,
 Et poſita quemuis viuere labe cupit.
 Magdalis et Didymus, Petrus Rex ipſe Manaffes,
 Hoc probat & Paulus, qui fuit ante ferox.

PRECATIO.

Exemplo Thomæ da ſirmo pectore credam:
 Confirma modicam Chriſte benigne fidem.



K 5

FESTO

FESTO DIE CONVERSIONIS PAULI.



ICON LXXII.


IESU CHRISTI, Simoni Petro, quid remunerationis in hac vita superfit, pro amissis bonis, respondentis, eidemque ac omnibus fidelibus martyribus vitæ æternæ præmia, pro confessione doctrinæ cælestis, pollicentis. Matth. 19.

Dum

R- **D**um iuuenis quidam diues bona plurima gra-
 Elargiretur, queis fore credit opus: (tis
 Tantum iustitiæ sumsit, qui limina legis
 Vix degustasset, quò putet esse pium.
 Posthabitis opibus doluit, tristisq; recedit,
 Has reputans pluris quam sacra Verba sequi.
 Hinc etiam Petrus sortem deplorat iniquam,
 Atq; refert vitæ plurima damna sua.
 An non posthabitis opibus tua terga secuti,
 Christe quid hinc nobis redditur ipse refert.
 Christus ad hæc Petro promittit culmina regni,
 In terris quod non, sed super axe datur.
 Ex his apparet quodnam discrimen in orbe
 Inter eos regnant, qui quoq; verba serunt.
 Paupertas hos nam sequitur, qui dogmata spar-
 Omnibus amissis quos iubet ipse sequi. (gunt,
 Sic Paulus patitur conuersus plura pericla
 Ob Christi nomen, pluribus ipse refert.
 Dum terraq; mari profitetur dogmata constans
 In cælo didicit, que sibi visa docens.

P R E C A T I O.

Posthabitis rebus cunctis mundoq; relicto:
 Da tua constanter dogmata Christe sequi.



FESTO

FESTO DIE PURIFICATIONIS
 MARIAE
 Beatae virginis.



ICON LXXIII.

IESV CHRISTI filij DEI Emanue-
 lis, iuxta legem Moyfi in templum
 à Deipara Virgine, præsentati, &
 solita hostia redempti, ac à Simeone
 viro iusticia & pietate spectabili, &
 sene venerando, oculis conspecti
 ac vlnis contrectati. Matth. 2.

Lux

Lux optata venit qua Virgo puerpera Christū
 Infantem sistit, legis honore, DEO.
 Lex etenim Mosis cui se subiecit auita
 Id primogenitum, teq; MARIA petit.
 Inde tuus Natus sacra cum sistitur aede
 Flamini instinctu, vir venerandus adest:
 Vir reuerendus adest, senio cui tempora canent,
 Isacida sperans prospera secla tribus.
 Instinctu verò percepit flaminis almi,
 Se non sensurum vincula dura necis.
 Id lumen summum nisi perspexisset ocellis
 Ni prius ac vlnis membra tenella gerat.
 Ergò petit templum: Puerum cōtrectat in vlnis,
 Ab quoties figit basia blanda genis!
 Exclamans hilari modulatur cantica voce,
 Cantator SIMEON funeris ipse sui.
 Dissolui cupio, perspecto lumine, CHRISTO,
 Expirans claudo lumina, summe DEVS.

PRECATIO.

Cum Simeone mori cupio, mea lumina claudēs:
 Nam te saluifica CHRISTE prebendo fide.



FESTO

FESTO DIE MATTHIAE
APOSTOLI.



ICON LXXIII.

IESV CHRISTI promissi Messiaë
pro reuelatione Euangelij æterno
parenti gratias agentis, omnesque
oneratos, ac plurimis ærumnis op-
pressos ad se amicè vocantis, ijf-
demque æternam salutem promit-
tentis. Matth. 11.

Christus

Christus agit grates summo super axe parenti,
 Quod lateant Verbi dogmata sancta Sophos.
 Interitu minime quod delectetur eorum,
 Ob peccatores cum sit ab axe datus.
 Venit in hunc mundum siquidem reparare colu-
 Seductum tacitis fraudibus, ipse, Genus. (br)
 Ingrediens Solymam, gentem deplorat iniquam,
 Que non cognoscit damna futura necis.
 Ab quoties miseri deplorat funera IVDÆ!
 Illum dum tradit, nequit & are dolos.
 Sed perseuerat delictis, atq; retorto
 Collum fune ligat: viscera fusa cadunt.
 Hinc dum suscipiunt prudentes dogmata raro,
 Quorum non gaudet perditione DEVS.
 Conuocat ad sese pressos, omnesq; venire
 Voce sua iubet hic, nempe paratus adest.
 Ut verbis placidis tam dura pectora clade
 Erigat, ac animas tunc super axe beet.
 Interea duras clades designat in orbe
 Ipse pijs placida quas modo mente ferant.

P R E C A T I O.

Da possim clades, terris sufferre libenter:
 Cum sit onus placidum Christe benigne tuum.



FESTO

FESTO DIE ANNUN-
CIATIONIS MARIAE
Virginis, seu Conce-
ptionis.



ICON LXXV.

IESU CHRISTI, DEI filij vnigeni-
ti, Emanuelis, operatione Spiri-
tus sancti in utero castæ & inuiola-
tæ virginis Mariæ, humanam natu-
ram assumentis. Lucæ 2.

Sextus

*S*extus erat mensis concepti à pignore IANI :

Dum Gabriel MARIÆ nuncia leta tulit.

Emissus patris æthereo de culmine IOVÆ :

Qui voluit lapsus quò reparetur homo.

Illa dies meritò summo celebretur honore,

Propter opus mirum, pluraq; facta simul.

Primus in hac limo terræ formatur Adamus :

Hoc, lateris costa fingitur Eua die :

Hoc, protoplasti reparatur lapsus Adami,

Dum violarat homo fixa statuta DEI.

Frater obit iustus percussus fratre Caino

Hoc presente die, res manifesta probat.

Ex iussu IOVÆ, pater hac mactare volebat

Abramum Natum, sed DEVS ipse vetat.

Christus in hac vtero conceptus Virginis almæ :

Hac moriens reparat grande salutis opus.

Idcirco recolat victrix Ecclesia CHRISTI

Lucem, quam fecit summus in axe DEVS.


Hac nisi fulsisset Phœbæ lampadis instar :

Nulla foret NOBIS spes, nec in axe salus.

PRECATIO.

Gloria sit tibi sancte. Pater, tibi gloria Christe,

Cum sancto Flatu, laus tibi summe DEVS.



L DIE

XX
DIE PHILIPPI ET IACOBI minoris, Apostolorum.



ICON LXXVI.


IESU CHRISTI, summi Sacerdotis, ante passionem, Thomam & Philippum, Apostolos, de suo reditu, & vitæ æternæ certitudine, ac de voluntate & essentia æterni Patris,

tris, ad excutiendam tristitiam, &
incredulitatem confirmantis. Io-
han. 14.

Cum videt attonitos socios præceptor IESVS:
Ob ventura sibi vincula dura crucis:
Premunit mentes addens solatia verbis:
Ne cor turbetur, sit procul atq; dolor.
Aede patris siquidem cœlestis mansio multa:
Ad quam nunc terris mox rediturus eo.
Hic vobis sedes post aspera fata quietas
Cōstituam, patris est nam satis ampla domus.
Thomas aſt captus cœlesti lumine nescit,
Et dubitat, quonam iam rediturus eat.
Inde perit dubia percussus mente Philippus,
Ut sibi sit facies nota sub axe patri.
His verò quis sit: Quid sit patris alma voluntas
Declarat, firmis asserit atq; sonis.
Sum via, sum vita Dux, credite, semita veri.
Nam sine me nemo patris ad astra venit.


P R E C A T I O.

Summi digneris faciem monstrare Tonantis,
Nate DEI, nobis, te sine nulla salus.



L 2

FESTO



FESTO DIE DIVI IO-
HANNIS BAPTISTAE.



ICON LXXVII.


ZACHARIAE Ioiadae filij & sacer-
dotis religiosi, filio Iohanne Bapti-
sta praecursore Messiae, nato ex ef-
fœta vxore Elizabetha, gratulan-
tis, & praclaro cantico, bonita-
tem &

rem & misericordiam DEI, celebrantis. Lucae I.

*N*emo quo maior terris, Baptista Ioannes
 Nascitur effœta de genitrice puer.
 Nam cum fama fuit vicinas tracta sub oras,
 Ob sterilem capiunt gaudia leta Nurum.
 Ac patris assignant nomen, sed mater Elisa
 Zachariasq; pater mente recusat idem.
 Sed vetula nullam sperans ex coniuge prolem,
 Credere non voluit, voce repente caret.
 Idcirco scribens puero designat aperte
 Id nomen IANI, cui fauor omnis inest.
 Ast tandem se soluta viget vox linguaq; pressa,
 Concinit & summo cantica grata DEO.
 Queis bonitas magni celebratur in axe parentis,
 Quod sit venturus NATVS ab arce DEI.
 Cuius præcursor sit filius ipse Propheta:
 Qui nondum natus sentit adesse DEVM.

PRECATIO.

*V*t tibi grata queam depromere carmina voce,
 Numine nunc linguam tu rege Christe mea.



FESTO DIE PETRI ET
PAULI Apostolorum.



ICON LXXVIII.


IESU CHRISTI, exhibiti Messiae
à discipulis suis de se & doctrinae
coelestis testimonium explorantis,
& Petri, nomine discipulorum, iu-
dicium ac elogium de seipso, & do-
ctrinae certitudine, percipientis, &
extorquentis. Matth. 16.

Elogium

ELogium verum quò de se Christus in orbe
 Exploret penitus, plurima verba facit.
 Quamuis hic norit, quæ sint abscondita terris,
 Quæq; fuere simul, quæq; futura sciat.
 Ut verò de se sententia Discipulorum
 Inuestigetur, corda probare cupit.
Ast referunt: Quidam quòd sis Baptista Iohan-
 Aut Vates, quoniam plurima facta geris. (nes,
 Exurgens tandem Petrus declarat aperte,
 Quòd sit viuentis Filius ipse DEI.
 Christus ait, tibi vera loquor, sententia, Petre,
 Haud ex humanis viribus ista venit.
 Non caro nec sanguis suggestit vera fateri,
 Sed torquens Genitor sidera clara poli.
 Ergò sis fortis plus quam Marpesia cautes,
 Aedis quæ sanctæ robor a firma gerat.
 Quam nec vis Satana, Mortis, Stygiaq; columna
 Extirpare queunt: vis violenta cadat.

P R E C A T I O.

Pars Ecclesiolæ quòd sim, da Christe redemptor:
 Hanc extra terris est nec in axe salus.



L 4 F E S T O

FESTO DIE VISITA
TIONIS MARIÆ
beatæ Virginis.



ICON LXXIX.

MARIÆ, virginis Deiparæ, Elisa-
betham, vxorem Zachariæ Sacer-
dotis, visitantis, in eademq; Syno-
do, de redemptionis opere, collo-
quentis, atq; misericordiam DEI,
in exhibendo Messia peculiari can-
tico, celebrantis. Luc. I.

Virgo

Virgo Palestinae decus & stirps indita gentis
 Conuenit, & IANI mater ELISA nurus.
 Fit Synodus Matronarum, dum pluribus illo
 De magnis rebus fit quoque sermo die.
 Matre sed adueniente DEI, veneranda propago
 Zachariae Vatis clausa repente salit.
 Quae nondum terris vitales hauserat auras,
 Explorat matrem limen adisse DEI.
 Numine plena refert exclamans Elizabetha,
 Inter sis Virgo nunc benedicta Nurus.
 Sit benedicta simul soboles in ventre retenta,
 Quae generi lapsa chrysea secla feret.
 Secula te summa celebrabunt laude futura,
 Alitis admittis nuncia namque DEI.
 Virgo beata Nurus, diuino numine plena
 Extollens IOVAM, promit ab ore melos:
 Inuicta dextra celebrat quo facta stupenda,
 Quae toti generi praestitit ipse DEVS.

PRECATIO.

Exemplo MARIAE celebrantis Numen in axe,
 Te celebrare queam, cor rege Christe meum.



L 5 DIE

DIE MARIAE MAG-
DALENAE.

ICON LXXX.

IESV CHRISTI, in domo Simonis
Pharisæi accumbentis, mulierem
peccatricem pedes eius lacrymis
rigantem, ac capillis extergentem,
allegataque parabola de creditore
quodam, eandem dignè pœniten-
tem, à peccatis absoluentis. Luc. 7.

Fœmina

Foemina peccatrix viciorum labe referta
 Ad Christum properat, non remorante gradu.
 Eximium medicum cum scit prandere Simonis
 Aedibus, ac potu, se recreare, cibo.
 Mox fert vngenti preciosum pixide succum,
 Irroratq; gemens imbre cadente genas.
 Qui Christi plantas humectat saepe cadendo,
 Et capitis tergit crine repente sui.
 Hoc cum perspexit Phariseus lumine toruo,
 Aegre fert animo cum videt illud opus.
 Diluit haec penitus Christus contraria verbis
 Diuitis exemplo, quo manifesta probet.
 Et peccatricem mox se conuertit ad ipsam,
 Plorantem vitæ facta nefanda suæ.
O mulier dimissa tibi sunt crimina multa:
 Propter delictum cor dolet ecce tuum.
 Vade domum fidei firmo munimine nixa,
 Et veluti credis fiat id omne tibi.

P R E C A T I O.

Magdalis vt fœda plorauit crimina vitæ:
 Sic fateor plorans crimina CHRISTE tibi.



FESTO

FESTO DIE IACOBI
MAIORIS Apostoli.



ICON LXXXI.


IESV CHRISTI filij DEI, Salomen
coniugem Zebedæi, pro natis in-
tercedentem, & mundanos hono-
res affectantem, repellentis, & po-
testatem sessionis ad dexteram ac
sinistram patri suo assignantis.
Matthæi 20.

Inter


*J*nter quæ terram spectant animantia prona,
 Seu spirantq; super, seu gradiuntur humum,
 Nullum maiori fastu reperitur ubiq;
 Affectum, compos quam rationis homo.
 Cladibus haud aliud maioribus opprimituræ,
 Quam qui fronte sagax sidera celsa notat.
 Id probat hic Salomæ Zebedæi sedula coniunx,
 Quæ non conueniunt plurima voce rogans.
 Namq; superba fuit mulier decepta colubro,
 Omnibus id virus transitione nocet.
 Inde petit Nati quò sint in honore supremo,
 In regno Christi, vel quoq; sceptrâ gerant.
 Ast Christus propter fastum negat ipsa petita,
 Dum quæ non fas sit poscere plura petit.
 Assignatq; suo fastigia summa parenti,
 Infundens Natis pocula plena necis.
 Ipsi sint humiles alijs seruire parati:
 Et reges tantum regia sceptrâ gerant.

P R E C A T I O.

Turgeat haud fastu cor, nec maiora requirat:
 Sedibus æthereis sit mihi CHRISTE locus.



FESTO



FESTO DIE BARTHO-
LOMAEI APOSTOLI.



ICON LXXXII.

IESV CHRISTI filij DEI, disci-
pulos suos, de primatu disceptan-
tes, & summos honores affectan-
tes, ad humilitatem & benefici-
am adhortantis, discrimen vtrius-
que

que regni, cœlestis & politici sub-
ijcientis, iisdemque hæreditatem
paterni regni disponentis. Luc. 22.

Inter discipulos lites & iurgia gliscunt:
Horum quis maior, sceptraq; quisue gerat.
Dum de primatu disceptant, pectora fastu
Turgent atq; scarent, & petit alta Cinis.
Alta petit puluis, magnos affectat honores,
Cum sit homo puluis: Quid? nisi spuma leuis.
Ast qui scrutatur cordis penerralia Christus
Deprimit has cristas, ingeniq; dolos.
Regibus ac ducibus tradit regalia sceptras:
Hi populos armis legibus atq; regant.
Discipulis vero regnum disponit in axe,
A patre disposuim, sedibus ethereis.
In terris ipsi diuulgent iussa parentis,
Et qui sit maior, sit velat ipse minor.
Illis cum restet post aspera fata quietas
Mansio, & aethereo mensa reserta cibo.

P R E C A T I O.

Cor fastu careat, cœlestis culmina Regni
Expeto, qua merito Christe parata tuo.



FESTO

FESTO DIE MATTHÆI
APOSTOLI.



ICON LXXIII.

IESV CHRISTI, Archiatri & cura-
toris animarum, Matthæum publi-
canum, pro telonio sedentem, ad
apostolatum vocantis, & publica-
nos, qui eandem cum peccatoribus
conuersionem, reprehendunt, di-
lucidis verbis refutantis. Matth. 9.

Pharma-

Pharmaca nulla petunt, valido qui corpore
viuunt,

Haud medicum doctum Pæoniasue manus:
Sed morbis varijs quorum mens agra labascit,
Ac quorum languor corpora pressa tenet.

Illi quò possint vires acquirere morbo
Propulsas, medici pharmaca plura petunt.

Afferit hoc Christus, medicorum certa medela,
Ad sua Matthæum munia ritè vocans.

Nam dum polluta sectatur munia vitæ,
Accumulans per fas, sordida lucra, nefas.

Admonitus Christi sequitur mox terga vocantis,
Suscipit ac vitæ tunc melioris iter.


Felices igitur qui mox resipiscere gaudent,
Et sceleris veniam corde dolente petunt.

Non holocausta cupit quoniã regnator Olympi,
Sed cor contritum suscipit ipse DEVS.

Non etenim propter iustos, sed viribus egros:
Filius ætherei missus ab arce patris.

PRECATIO.

Me rege, quò possim mandato munere fungi.
Et tua conuersus munia, CHRISTE, sequi.



M F E S T O

FESTO DIE MICHAELIS
ARCHANGELI.



ICON LXXXIII.

IESV CHRISTI, Apostolos suos a
scandalis & ambitione, ad humi-
litate, proposito exemplo par-
vulorum, inuitantis, quos simplici-
tate ac innocentia vite imitari, præ-
cipit, eosdemq; angelis in celo cu-
ræ esse, comprobantis. Matth. 18.

Incola

*Incola quis maior cœli sit prælia gliscunt
 Inter discipulos, quis sit in axe prior?
 Ut verò fastum secludat corde tumentem
 Cum terris degens terra superbit HOMO.
 Accersit puerum cui mens est criminis expers,
 Illius & simplex cor sine fraude, petit.
 Illum sectari Christus iubet ipse tenellum,
 Cuius in ætherea qui cupit esse domo.
 Ergò vetat pueros offendi, scandala damnans:
 Væ mundo, fatur, scandala quando mouet.
 Regis enim iuxta mores componitur orbis:
 Sic expers labis sit sacra verba docens.
 Ne pueros autem quiuis per scandala ledat,
 Haud illos spernat, pluribus ipse probat.
 Aligeri quoniam puerorum NUMINIS ora
 Conspiciunt semper, turba ministra DEI.
 Ex his conspicitur munus super axe, cohortis
 Angelicæ, vallo cingere nempe pios.
 Ast Satanæ contrà, cædes & bella minatur:
 Et quacung, potest arte nocere, nocet.
 Irritat pestes, steriles immittit & annos,
 Ne culto crescat spica vel herba solo.
 Illius insidias bonus Angelus æthere missus
 Propellit tandem, ne nocuisse queat.*

P R E C A T I O.

*Simplicitate iubes imitari CHRISTE tenellos:
 Da mens sit concors, nescia fraudis item.*

M 2 F E S T O

FESTO DIE SIMONIS
ET IVDÆ Apostolorum.



ICON LXXXV.

IESV CHRISTI generis humani
assertoris, discipulos suos ante pas-
sionem ad mutuam officiorum col-
lationem & concordiam animorum
adhortantis, iisdemq; calamitates,
ac futuram persecutionem, & cau-
sam earundem, prædicentis. Ioh. 15.

Ferrea

Ferrea Micheas ploret cū secla Propheta,
 Ac hominum fraudes perfidiamq; notet:
 Affirmans mundo non ultra degere iustos,
 Fidere queis possit, queis sit habenda fides.
 Rectius hinc omnes qui nostro viuimus aeo,
 Ploremus miserum, non sine clade, statum.
 Non etenim maius scelus, aut iniuria maior
 Extitit in terris, resq; diesq; probant.
 Excitet vt verò nec fictum corde fauorem
 CHRISTVS, discipulis precipit esse pios.
 Ac hanc nequitiam contra pia pectora munit,
 Exemploq; simul comprobat illa suo.
 Dum plures illis clades prædicit in orbe,
 Ac odium mundi, pluraq; damna simul.
 Haud maior seruus Domino, q̄ credere fas est,
 Namq; ferent clades, quas quoq; pertulerit.
 Ex odio mundi sic plurima ferre ministri
 Coguntur verbi, scommata, probra, necem.
 Hæc etenim Christus prædixit, sic minus ipsa
 Omnibus haud poterunt tela nocere pijs.

P R E C A T I O.

Subdola cum nunc sunt terris & ferrea secla,
 Fine sub extremo fasq; nefasq; viget:
 Lampade sis præsto verbi, ne deuius error
 Obscuret lucem, prospice Nate DEI.
 Ad nostros transferre velis serosq; Nepotes
 Te precor id lumen, faxit in axe DEVS.



LIBER QVARTVS,

COMPLECTENS
EVANGELIORVM AN-
niuersariorum periochas mono-
stichas æquiucis versibus
conscriptas:

*Quas, veluti Indicis & Colophonis
loco, subycere placuit.*

PRIMA PARS.



DOMI-

DOMINICA I. ADVEN-
TUS. Matth. 21.

Sit laus inuicto: Gratatur plebs benedicto.

DOMINICA II. AD-
uentus. Lucæ 21.

Cælum transibit, IOVÆ non dogma peribit.

DOMINICA III. AD-
uentus. Matth. 11.

Verbum nunc audi, figunt vestigia claudi.

DOMINICA IIII. AD-
uentus. Iohan. 1.

*Iane moues vndas: Messia sanguine mundas.
Præco baptissat, Christus nos crimine mundat.*

DIE NATALI CHRI-
STI. Lucæ 2.

Ex Maria natus crimen tollitq; reatus.

DIE STEPHANI PRO-
tomartyris. Matth. 23.

Obruitur saxis, Stephano secluditur axis.

M 4 DIE

DIE IOHANNIS APOSTOLI
& Euangelistæ. Iohan. 21.

Nunc Petre sis tutus, Christidum terga secutus.

DOMINICA POST NATALEM
CHRISTI. Lucæ 2.

Ioseph miratur, Simeon vir plurima fatur.

FESTO DIE CIRCUMCISIONIS
CHRISTI. Lucæ 2.

Est ferro laesus mundat nos sanguine IESVS.

DOMINICA POST CIRCUMCI-
sionis. Matthæi 2.

Exul fit IESVS, Rex hostis numine laesus.

FESTO DIE EPIPHANIORVM
Matthæi 2.

Stella Magos duxit, qua visa oriente reluxit.

DOMINICA I. POST EPI-
phania. Lucæ 2.

Querebant flentes natum mœrore parentes.

DOMI-

DOMINICA II. POST
Epiphan. Iohan. 2.

Ipse preces fundas, Christus mutabit & vndas.

DOMINICA III. EPI-
phan. Matth. 8.

Centurio credit, leprosus & inde recedit.

DOMINICA IIII. EPI-
phan. Matth. 8.

Nauim conscendit Christus, fluctusq₃ reprendit.

DOMINICA V. EPI-
phan. Matth. 13.

Granū pubescit dū, mox lolium quoq₃ crescit.

DOMINICA VI. EPI-
phan. Matth. 8.

Ipse sues pressit, Dæmon dum corpore cessit.

DOMINICA SEPTVAGE-
simæ. Matth. 20.

Vinea plantatur Domini, famulusq₃ paratur.

DOMINICA SEXAGESI-
mæ. Lucæ 8.*Id semen crescit Verbi, si corde virescit.*DOMINICA QVINQVAGE-
simæ. Lucæ 18.*Probra refert q̄, crucem, cæco reddit quoq̄, lucē.
Cæcus respexit, Christus funusq̄, retexit.*DOMINICA QVADRAGESI-
mæ, siue Inuocauit. Matth. 4.*Aggreditur Christū Satanas, sed mox fugat istū.*DOMINICA REMINI-
scere. Matth. 15.*Filiolæ obfesse succurras Demone presse.*DOMINICA OCULI.
Lucæ 11.*Dæmonium pellit Christus sannasq̄, reuellit.*DOMINICA LÆTARE.
Iohan. 6.*Aegri sanantur, complures & saturantur.*

DOMI-

LIBER IIII. 187

DOMINICA IVDICA.

Iohan. 8.

Christus nec victus, secedens mox fugit ictus.

DOMINICA PALMARVM.

Matthæi 21.

*Nata Sion gaude, Solymorum filia plaude:
Christus nos saluans asinã premit ecce triũphãs.*

DIE VIRIDIVM.

Iohan. 13.

Instituit cœnam turbamq₃ lauat duodenam.

DIE PARASCEVES.

Esaiaë 53.

Sol obscuratur, mundi scelus inde piatur.

DIE RESURRECTIONIS
CHRISTI. Marci 16.

Sole oriente vndis, Satanã mox Christe retundis.

ALTERO DIE PASCHAE.

Lucæ 24.

Conspicitur binis, mox pluribus ac quoq₃ trinis.

TER-

TERTIO DIE PASCHAE.
Luca 24.

Optima gratatur socijs, pacemq; precatur.

DOMINICA QVASIMODO-
geniti. Iohan. 20.

Christus dat flatum, condonat itemq; reatum.

DOMINICA MISERICORDIAS
Domini. Iohan. 10.

Pastor oues pellit Satanamq; lupumq; reuellit.

DOMINICA IUBILATE.
Iohan. 16.

Predicit fletus & iniqui gaudia cœtus.

DOMINICA CANTATE.
Iohan. 16.

Predicit duras Christus cladesq; futuras.

DOMINICA VOCEM IVCVNDI-
tatis. Iohan. 16.

Nomine dum Christi poscunt reparantur & isti.

DIE

DIE ASCENSIONIS
CHRISTI. Marci 16.

Christe locum pandis nobis, dum sidera scandis.

DOMINICA EXAUDI.
Iohan. 15. & 16.

Commemorat fletus, promittitur & paracletus.

DOMINICA PENTECOSTES.
Iohan. 14.

*Sit vobis cura doctrine semita pura.
Spiritus accendit praeordia, falsa reprendit.*

ALTERO DIE PENTECOSTES.
Iohan. 3.

Mitteret ut natum IOVA sic dilexit amatum.

TERTIO DIE PENTECOSTES.
Iohan. 10.

Qui sur est scandit: Qui pastor limina pandit.

FESTO DIE SACROSANCTAE
Trinitatis. Iohan. 3.

Nicoleus flatus nescit quid homoq; renatus.

DOMI-

DOMINICA I. TRI-
nitatis. Lucæ 16.*Contemnit Lurco mendicum flagrat & orco.*DOMINICA II. TRINI-
tatis. Lucæ 14.*Incidit in pœnam, qui spernit herũ quoq; cœnã.*DOMINICA III. TRI-
nitatis. Lucæ 15.*Axe chorus gaudet, peccans si turpe nec audet.*DOMINICA IIII. TRI-
nitatis. Lucæ 6.*Quis cernit crimen, fratris subit vt modò limen.*DOMINICA V. TRI-
nitatis. Lucæ 5.*Piscis erit multus, si tollis ad æthera vultus.*DOMINICA VI. TRI-
nitatis. Matth. 5.*Dimittas fratri: Patet antrum carceris attri.*

DOMI-

DOMINICA VII. TRI-
nitatis. Marci 8.

Dum saturat panis, non est benedictio inanis.

DOMINICA VIII. TRI-
nitatis. Matthæi 7.

Illos vitabis qui ficta docent, nec amabis.

DOMINICA IX. TRI-
nitatis. Lucæ 16.

Oeconomum pellit Dominus quem voce fefellit.

DOMINICA X. TRI-
nitatis. Lucæ 19.

Gens non perpendit clades, Christūq; reprehendit.

DOMINICA XI. TRI-
nitatis. Lucæ 18.

Delictum plorat peccans, Phariseus & orat.

DOMINICA XII. TRI-
nitatis. Marci 7.

Surdus curatur, linguæ tactuq; profatur.

DOMI-

DOMINICA XIII. TRI-
nitatis. Lucæ 10.

Primus homo est ictus Satana, cæsusq; relictus.

DOMINICA XIIIII. TRI-
nitatis. Lucæ 17.

Vnus is est gratus, de lepra ritè leuatus.

DOMINICA XV. TRINI-
tatis. Matth. 6.

Seruire audebit binis, nemoq; valebit.

DOMINICA XVI. TRI-
nitatis. Lucæ 7.

Est vidue natus, diuina voce vocatus.

DOMINICA XVII. TRI-
nitatis. Lucæ 14.

Mitis tolletur, se tollens deijcietur.

DOMINICA XVIII. TRI-
nitatis. Matth. 22.

Est IOVÆ primum mandatum fratris & imū.

DOMI-

DOMINICA XIX. TRI-
nitatis. Matth. 9.

Christus traiecit, luxataq; membra refecit.

DOMINICA XX. TRI-
nitatis. Matth. 22.

Veste nec ornatus detruditur ad cruciatus.

DOMINICA XXI. TRI-
nitatis. Iohan. 4.

Centurio credit, mox febris anhela recedit.

DOMINICA XXII. TRI-
nitatis. Matthæi 18.

Qui non placatus fratris luit ipse reatus.

DOMINICA XXIII. TRI-
nitatis. Matth. 22.

Rex postulat censum, pietatis IOVA q; sensum.

DOMINICA XXIII. TRI-
nitatis. Matth. 9.

Filia sancta redit, fœdus fluxusq; recedit.

N DOMI-

DOMINICA XXV. TRIN-
nitatis. Matthæi 24.

Interitus tristis, Solymæ prædicatur istis.

DOMINICA XXVI. TRIN-
nitatis. Matthi 25.

Ad cælos ibit pius, Impius igne peribit.

DOMINICA XXVII. TRI-
nitatis. Matth. 24.

*Diluium Venus ante furit, nunc fortius vrit.
Tristis nunc etas: Facies attollite letas.*



E V A N G E L I A
F E S T O R V M D I E R V M

Leoninis ac æquiuocis versi-
bus comprehensa,

ALTERA PARS.



DIE ANDREAE APO-
STOLI. Matth. 4.

Petre beatus eris, qui Christi rete tueris.

DIE THOMAE APO-
STOLI. Iohan. 20.

Dum Thomas tangit vestigia se nec is angit.

DIE PAULI CONVER-
sionis. Actor. 9.

Persequeris Christum, sed mox te vertis ad istū.

DIE PURIFICATIONIS MA-
riæ Θεοτόκου. Lucæ 2.

Te celebrat letus, Simeon, pie Christe q̄, cœtus.

N 2 DIE

DIE MATTHIAE APO-
stoli. Matth. II. & Act. I.

*Christe Sophos celas, verbū minimisq; reuelas.
 Dum laqueum nectit Iudas à dogmate flectit.*

DIE ANNUNCIATIONIS MA-
riae virginis Deiparae. Luc. I.

Aliger accedit, verbis pia virgoq; credit.

DIE PHILIPPI ET IACOBI
Apostolorum. Iohan. 14.

Si modo credetis, quam plura petita feretis.

DIE IOHANNIS BAPTISTAE
præcursoris. CHRISTI. LUC. I.

Iohannes natus prædictus Numine Flatus.

DIE PETRI ET PAULI
Apostolorum. Actor. 12.

Petre iaces vinctus, ferrata compede cinctus.

DIE VISITATIONIS MARIAE
semper Virginis. Luc. I.

Virgo letatur, cognatae fausta precatur.

DIE

DIE MARIAE MAGDA-
lenæ. Lucæ 7.

Deplorat crimen mulier subit vt modò limen.

DIE IACOBI MAIORIS,
Apostoli. Matth. 20.

Exposcit natis regnum pia Mater amatis.

DIE BARTHOLOMÆI
Apostoli. Lucæ 22.

Arguit hic mentis cristas fastuq; scatentis.

DIE MATTHÆI APO-
stoli. Matth. 9.

Dum fraudes neçtit Matthæus, corde reflectit.

DIE MICHAELIS ARCH-
angeli. Matth. 18.

Scandala devita, sine labeq; sit tua vita.

DIE SIMONIS ET IVDÆ
Apostolorum. Iohan. 15.

Mundo selegivos ac in regna redege.

Τῶ Ἰεῶ Ἰόζα.

N 3

THA-




Thalia
PRO COLOPHONE
H V I V S LIBELLI.

*AD metam liber est protractus, Musa quiescat:
Seruiat & laudi maxime CHRISTE tuae.
Sunt alij celebres, & digni laude Poëta,
Magnorumq; DVCEM Martia bella canāt.
Facta Thalia refert debellatoris Auerni,
Per quem Christiade, iusta trophæa locant:
Inferni domitor, necis inuictissime VICTOR
Sit tibi laus, IESV, sanguine viuo tuo.
Te Duce nil Satane morsus, Momiq; pauesco,
Nec rictus metuit Zoile Musa tuos.
Relligionis amor, pubes studiosa, Thalam
Impulit vt studijs seruiat illa tuis.*

F I N I S.

A N N O

O E Man VeL Vnigenl te nate DeI faX
tVa Vergente Vespere nos regat.





L I P S I A E,

IMPRIMEBANT HAEREDES
Iohannis Steinmanni,

Impensis HENNINGI GRO-
SII Bibliopolæ.

ANNO M. D. XC.



L I P S I A E
IMPRIMERIANT H A R R A D E S
Johannis Steinmann
Imperialis Hennici Gro-
si Bibliopola.

ANNO M. D. X. C.

Fd 3750a

ULB Halle

3

004 974 832





f

5b

m.c







2

ICONES
SIVE PERIOCHAE
ANNIVERSARIORVM
Euangeliorum
LIBRI QVATVOR.
ADIECTIS TITVLIS ET TY-
pis, dilucidam quandam *ἀποδῆξι* co-
rundem comprehendentibus,
Ioachimi VVethmani Iaurani.



15

90

LIPSIÆ,
CVM PRIVILEGIO.

